VOLVMEN PRIMVM MATHEMATICVM:

PRIMA, ET SIMPLICISSIMA Mathematicarum disciplinarum principia complectens:

GEOMETRIAE.

LOGISTICAE.

ASTRONOMIAE.

GEOGRAPHIAE.

PER CONRADVM DASYPODIVM *in utilitatem Academiæ Argentinensis collectum.*

Vnà cum Classium eiusdem Academiæ, ordinarijs lectionibus.

ARGENTORATI EXCVDEBAT *Iosias Rihelius.* M. D. LXVII.

NOBILITATE, PRVDENTIA, ATQVE FORTITVDINE

Excellentis viri Domini Vuilhelmi à Schachten Illustris: Principis Landgrauij Hassiæ. &c. Mareschalchi Filijs: Georgio, Vuilhelmo Vuernero, & Theodorico à Schachten fratribus,

S. D.

NON DVBITO Optimi adolescentes: multos fore: qui hosce meos labores sint extenuaturi: partim quod non mei, sed Euclidis, Procli, Ptolemæi, Cleomedis et aliorum sint: partim uero quod hæc ipsa quæ propono: non sufficienter uidentur esse tradita. Siquidem nihil facilius, imò cuiusuis ferè est: ex probatis autoribus excerpere quædam, eáque iuuenibus proponere: uel etiam breuiter quædam tradere: alia præterire, nonnulla transponere. Vtrumq; fateor & facile esse, & non magnam laudem, neq; etiam industriam postulare. Verum si æquitatis studiosus lector, de meis uoluminibus quæ primæ & secundæ curiæ, scholæ nostræ conscribo: sincere & integrè iudicare uelit: neglectis his, de quibus dixi, perpendet in quem finem hæc faciam. quem ut melius Lectores perspicere poßint: uideo paulo altius

scholæ nostræ statum mihi repetendum esse: maxime uerò, quia uos sæpius id à me, ut facerem postulastis: & multis uiris bonis, rem gratam me facturũ sciam: si eis scholæ nostræ ordines inspiciendos ob oculos ponam. Nostis ni fallor optimi adolescentes, scholam nostram decem habere Curias: & locis, & prælectionibus distinctas: quarum præfecti & magistri, certas sibi à Rectore, & Visitatoribus præscriptas lectiones habent: quibus nostros adolescentes, in literarum & linguarum cognitione, informant.

Decimæ enim curiæ magister, suos discipulos octo, nouem uel decem annorum: legendo & inflectendo exercet: atque simul epitome Onomasticum adiungit: in quibus cum bene eos informauit: ad Nonam ducuntur Classem: in qua prælegunturpræcepta Etymologica faciliora: Dialogi Neanisci explicantur: & Onomastico ipsa adiungitur scriptio: ut simul literas bene pingere addiscant, neque ex hac dimittuntur curia: nisi probe singula cognouerint. Cum uero porpter ætatem scriptio sit in hac curia deterior: in octaua Curia, scriptione meliore exercentur: & Ethymologiæ præcepta absoluunt: atq; ne priorum obliuiscantur: magister huius curiæ, repetit dialogos & Onomasticon: sic etiam, cum præcepta absque usu & exercitatione nihil sint: primum librum epistolarũ selectarum pueris prælegit, & exponit: ut & Latinum sermonem, cum lingua uernacula coniungant: & præceptorum grammaticorum usus accedat. In

his

his itaq; tribus curijs, præcepta Orthographiæ & Etymologiæ (quantũ huic ætati nouisse satis est) absolue re consueuerunt : uerum ne propter imbecilliorem memoriam, hæc excidant : in Septimo ordine præcedentia omnia frequenti repetitione, pueris inculcantur : atque simplex illa Syntaxis, cum secundo libro Epistolarum annectitur. quia uero & ætas confirmatior est, & præceptorum usus aliquis accessit, proponuntur illis lingua uernacula, breuiora themata in sermonem latinum uertenda : ipsaque Catonis disticha tanquam breuiora memoriæ mandant. Hæc sunt quæ in his curijs quatuor, nostris proponuntur discipulis : nempe Orthographiæ, Etymologiæ, & Syntaxeos illius simplicis præcepta. In Sexta, eadem quidem retinetur docendi ratio: sed in discendo, requiritur & maior diligentia, & non parua industria. nã huius Curiæ magister, subinde laborat, in iam iactis fundamentis expoliendis: dum quæ discipuli cognouerunt repetit : & præceptis Syntaxeos figuras constructionum adiungit: librum tertium & quartum Epistolarum proponit: Andriam Terentij, & uolumen Poëticum primum ad confirmandum iuditium, & iuuandam memoriam exigit. quia uero Græca Latinis sunt iungenda: in hac classe, prima rudimenta simpliciss: linguæ Græcæ traduntur : ut legere & inflectere Græcorum uocabula possint. In his si bene fuerint uersati : transeunt ad quintã classem : in qua Ciceronis librum de Amicitia & Senectute: Volumen

poëticũ secundũ: Terentij Adelphos, aut aliquã Plauti comœdiã: Prosodiam etiã Murmelij: Vergilij Eclogas: Grammaticã græcam, cũ Fabulis Aesopi, magister curiæ proponit: taceo quod in hac, sicuti et in septima atq; sexta curia: stylus scribendi frequenti exercetur scriptione. Existimo uos nunc facile ex his colligere, pueros nostros, deductos ex his sex curijs inferioribus: ad quatuor superiores ordines: non parũ exerceri in utriusque linguæ Græcæ & Latinæ præceptis Grammaticis. Ita ut qui mediocrem saltẽ adhibere uelit diligentiam: satis superque satis horum cognitionem habere poßit: quo facilius, quæ in reliquis deinceps scholæ nostræ ordinibus addiscenda sunt assequatur. Non enim deest magistris curiarum nostrarum doctrina, non industria, non uoluntas & aßiduitas docendi: id quod uere de illis testamur: sed multum est situm in discipulorum, & uoluntate, & diligentia, et constantia. Si enim discipuli fideli institutioni professorum ordinum enumeratorum obsequantur. nihil illis deerit, quin quartæ curiæ magistrum docentem linguæ Græcæ Grammaticam, Luciani dialogos, Fabulas Aesopi, Plutarchi librum de educatione puerorum, Sextam Verrinam, Ciceronis, aliasq; orationes eiusdem, Salustium quoque & uolumen Poëticum tertium, Terentium atq; Plautum intelligant: sin uero in inferioribus ordinibus fuerint negligentiores: eò tardiores in literis progressus faciunt. non enim propter discipulorum remißionem: tenor le-

ctionum fit remissior: sed magistri ordinum, continuè in suis prælectionibus ita pergunt: ut qui uel tardiori sunt ingenio, assequi queant id quod prælectū est. Huic curiæ uicina est tertia, cuius præfectus Grammaticorum utriusque, & Græcæ & Latinæ linguæ præcepta perficit & absoluit: Ciceronis orationes aliquas, Salustium, Quartum uolumen poëticum, Aeneida Vergilij, Terentium & Plautum, Isocratis orationes & Epistolas prælegit. atque cum in iam enumeratis ordinibus, singulis hebdomadibus, styli exercendi gratia: themata à magistris proponantur: in quibus scribendo & meditando, præceptorum traditorum usum aliquem sibi comparant: in hac curia, non tam soluta & libera oratione, quam uersuum & carminum compositione exercentur. Restant duo ordines, primus & secundus: in quibus iam cognitis Grammaticorum regulis, ad Dialecticæ & Rhetoricæ præcepta adolescentes accedunt. Nam professor secundi Ordinis, prælegit Dialecticæ Ioan. Sturmij librum primum & secundum, Aeneida Vergilij, Orationem aliquam Ciceronis, Volumen poëticum quintū, Demosthenē, Isocratem, Homerum, Hesiodū, Aristophanē, Euripidē, Sophoclem, Terentium, Plautum &c. Eaque non simul, sed uicissitudine facta, pro ut Rectori, & usitatoribus atque magistro huius curiæ uisum fuerit: hæc ipse interpretatur. Styli exercitatio in utraque lingua quoque fit. Primi uel postremi potius ordinis

professor, repetit duos libros Dialecticæ, & sequentes de demonstratione, & Sophisticis Elenchis adiungit. Adhæc explicat partitiones oratorias Ciceronis, & orationes quasdã Græcas & Latinas: Poetas quoq; Græcos & Latinos, ut prioris curiæ præfectus. Volumen denique Poëticum sextum. postremo styli exercitatio eadem est, quæ in secundo ordine.

Dum itaque uobis ordine narro Curiarum scholæ nostræ prælectiones: nulla fit mentio Geometriæ, aut Arithmeticæ, aut aliarum disciplinarum: nulla etiã facta est mentio sacrarum literarum: ita ut uideatur schola potius esse philosophica, quam Christiana. Id igitur sciatis, nullam esse in schola nostra curiam, in qua nõ frequenter habeantur præces matutinæ & uespertinæ: nulla in qua non pueri in elementis fidei Christianæ imbuãntur, statim cum ipsis literis: nulla in qua non resonent Psalmi & Hymni sacri. imo in inferioribus ordinibus audietis pueros Catechismum sacrum, & psalmos atque hymnos sacros, recitantes: in superioribus Euangelia, & Epistolas sacras explicantes. Musicæ etiã singulis septimanis, præter quotidianas cantiones fit exercitatio. Restant ad huc delineationes Geometrarum: Arithmeticorum calculi: Astronomorum tabulæ, Geographorum descriptiones: quæ si accedant ad Dialecticorum subtilitates: Rhetorum elegantias: Grammaticorum puritatem: denique ad Cantiones sacrasque lectiones: quid amplius requiret quispiam in nostræ scholæ ordinibus?

aut quis non dicet κυκλοπαιδείαν in nostræ scholæ ordines introductam? aut quis denique nobis obijciet curias nostras, in eo statu non esse, quem Ioannes Sturmius Rector præscripsit? ut scilicet pueri deducti ex hisce decem ordinibus, ad publicas auscultationes: omnium harum artium & disciplinarum præceptiones atque elementa teneant: quo facilius assequi poßint difficiliora authorum scripta: ut sunt Sacrarum literarum, Linguæq; sanctæ lectiones: Iuris ciuilis traditiones: Physicorum ἀκροάσεις. Liuij Annales: Platonis, Aristotelis, Thucididis, Hermogenis, Ciceronis, libri: Ptolemæi, Theodosij, Euclidis, Archimedis scripta & monumenta: aliorum denique bonæ notæ authorum uolumina. Hæc enim omnia à Professoribus publicarum lectionum nostri Gymnasij: adolescentibus prælegumtur & explicantur.

Itaque cum disciplinarum mathematicarum cognitio, nostris deesset ordinibus: quæ si illis adiungeretur in integrum constitui possent: consilio Ioannis Sturmij Rectoris, & D. Ioannis Marbachij, atq; Leonhardi Hertelij Visitatorum, meorum collegarum: prima atque simpliciß: mathematicorum στοιχεῖα, primo atque secundo ordini scholæ nostræ congeßi in duo uolumina. quorum primum continet Geometriæ definitiones, Logisticorum quatuor modos supputandi, cum Regula trium numerorum proportionalium: Sphæricorum circulorum explicationes:

Geographorum quoque præcipuarum regionū terræ simplices descriptiones. in secundo uero uolumine adduntur quæ in primo desyderantur: abstrusiora etiam sunt: atq; perspicatiam & industriam excellentiorem requirunt. Cupio enim ad fastigium Mathematicarum disciplinarum nostros ducere discipulos, idque gradatim. neque dubito si quis mei instituti rationes consideret: non improbabit hoc meū factum: præserim cum hic non tam quid tradendum sit, quam quomodo & quibus adolescentibus, respiciam. Vtor autem uerbis probatorum scriptorum, nō meis: ut assuefaciam nostros discipulos ad lectionem Euclidis, Theodosij, Ptolemæi &c. ne sibi peregrinari uideantur: si quando in eiusmodi scriptores incidunt. aut si hæc studia continuare nolunt, (quod quidem sæpe fit) habeant tamen in quo ingenium exacuant suum: habeant etiam earum rerum, quæ abstrusiora & recondita naturæ appellantur cognitionem: quarum perceptione, non dico homo à cæteris brutis animalibus: sed homo ab homine: imo homo literatus ab homine literato differt. quid dicā, illarum rerum cognitionem quibus carere non possumus, in reliquarum artium & disciplinarum perceptione consequenda. quod quidem multis demonstrari posset rationibus: quas tamen in medio nunc relinquam. hæc tantum in eum finem dico, ut uideant homines, & quid consilij cœperim in his uoluminibus conscribendis: & quid utilitatis discipuli nostri,

inde

inde capere poßint: imo intelligant Rectorem & Visitatores, in eum statum, ordines scholæ nostræ redigere uelle: in quem constitutum eße, iam à multis annis exoptauimus.

Vos uero optimi adolescentes & fratres germani, appellare uolui: quia cum ab Illustriß. principe, D. Vuilhelmo Landgrauio Haßiæ: Rectori & nobis uisitatoribus, sitis commendati: non tam uobis quam Illustriß. principi ostenderem: Illustriß. Principis commendationem maximum apud nos pondus habuisse: ita ut non solum uos, consilio Rectoris, in meam receperim domum: uerum etiam omnibus modis ad studia artium & disciplinarum excitare: matris quoq; uestræ nobilißimæ & eximiæ uirtutis fœminæ, tutorumque uestrorum uoluntatem confirmare cupiam. Imo quantum uos amem, publico hoc testimonio demonstrem. Qui quidem amor erga uos meus, facit ut intermittere non poßim: quin meis officijs quibuscunque, uobis adsim. maxime uero hortor uos, ut Casparo Reychio utriusque Iuris Licentiato: uiro integritate, & doctrina excellenti: amico meo singulari obtemperetis: qui nunc parentis loco uobis est: & suis officijs id præstat, quod pædagogo præstandum est. Cogitate quale decus nobilitatis sit, eruditio & doctrina, linguarumque peritia uirtuti iuncta. Valeant apud uos meæ & Licentiati pædagogi uestri quotidianæ admonitiones: ualeat matris quoq; uestræ nobiliß: & ex-

imiæ

imiæ uirtutis matronæ, erga uos amor atque beneuolentia: tutorum etiam ueſtrorum, Henrici à Schachten, Ioannis Meyſenbugk, Eberhardi & Chriſtophori à Than: nobilitate & eruditione, atque prudẽtia præſtantiß. uirorum authoritas: deniq; ualeat apud uos Illuſtriß. Principis ueſtri commendatio & uoluntas: & in pietatis, literarum, linguarumque ſtudio, ſtrenuos uos præbete. ut aliquando patriæ cum laude & dignitate inſeruire: & expectationi Illuſtriß. Principis, Matris, tutorumq́; reſpondere poßitis; hoc ſi feceritis, ueſtram egregie exornabitis familiam. hiſce enim & ſimilibus uirtutibus nobilitatis inſignia decorantur. Hæc non idcirco ſcribo ad uos, quod de ueſtro ſtudio & diligentia atque obſequio quippiam dubitem: ſed ut calcar addam uobis in medio ſtudiorum ueſtrorum curſu: & alacriores reddam, ne remißiores facti, ſtudia deſeratis. Eouſque enim nunc in literis progreßi eſtis: ut ad metam uobis propoſitam, facillime peruenire poßitis; ſi in hoc curriculo perſeueraueritis: in quo Illuſtriß. princeps ueſter, Mater, & Tutores ueſtri, uos collocarunt.

Ego ſanè ut antehac feci, omnia mea officia offero uobis: neque deero ueſtris conatibus: imò D. Caſparo Reychio, non omnem concedam laudem: ſed & aliquam laudis particulam ad me pertinere arbitrabor: ſi noſtris obtemperaueritis monitis: & in pie-

tatis,

tatis, literarum, linguarumq; studijs, sicuti cœpistis, strenuè perrexeritis. Non deest uobis ingenium, non institutio, non desunt quoque facultates. Hortor *itaque & moneo uos, ut cum omnibus rebus ad persequenda studia necessarijs sitis instructi: pergatis, & uotis atque expectationibus nostris satisfaciatis. nam magnam de uobis spem concepimus: fore aliquando ut pietate & doctrina instructi, Reipub. Christianæ multum profuturi sitis. quod fiet si in eiusmodi artibus, & disciplinis uos exercebitis non nocebit hac ætate qua estis Geometriæ definitiones, astronomorum circulos nouisse: imo utile & necessarium est calculos logisticorum intelligere, & descriptiones geographorum animo concepisse: præsertim in peregrinationibus, aut lectionibus historiarũ. In hoc uero uolumine ut uidetis breuior fui, ne multitudine, & copia rerum, ingenia adolescentum obruerentur: & hæc quæ congeßi, absque explicatione, uel satis exigua proposui. quia aliquid relinquendum erat industriæ præceptoris. uiua etiam uox & ocularis demonstratio docentis, longe præstat delineatione absque uoce et radio demonstratorio. adhæc in secundo uolumine, non tam fiet horum explicatio, quam rerum mathematicarum exacta traditio: & talis, ut his cognitis, nostris discipulis tam facile sit futurum legere, & intelligenter legere atque cognoscere Ptolemæi, Euclidis, Archimedis, & aliorum difficiliorum authorum scripta: quam Ciceronis aut Demosthenis aliquam orationẽ:*

aut

aut Iulij Cæsaris historiam. Video enim quid adolescentibus sit impedimento: quò minus possint ad perfectiorem harum artium & disciplinarum cognitionem peruenire: de quo quidem alio dicam loco. Hæc sunt optimi adolescentes, quæ meis uoluminibus præmittere uolui: ut & uniuersi Scholæ nostræ lineamenta intuerentur: & consilij mei rationes haberent: & meum erga uos singularem declararem amorem. Valete. Postridie Calend. Septemb. M. D. LXVI.

Cunradus Dasypodius Visitator & professor scholæ Argentinensis.

DEFINITIONES Geometricæ.

ΟΡΟΙ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΣΤΟΙχείου Εὐκλείδου.

Σημεῖόν ἐστιν, οὗ μέρος οὐθέν.

Γραμμὴ δὲ, μῆκος ἀπλατές.

Γραμμῆς δὲ πέρατα σημεῖα.

Εὐθεῖα γραμμή ἐστιν· ἥτις ἐξ ἴσου τοῖς ἐφ᾽ ἑαυτῆς σημείοις κεῖται.

Ἐπιφάνεια δ᾽ ἐστὶν· ὃ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχει.

Ἐπιφανείας δὲ πέρατα· γραμμαί.

Ἐπίπεδος ἐπιφάνειά ἐστιν· ἥτις ἐξ ἴσου ταῖς ἐφ᾽ ἑαυτῆς εὐθείαις κεῖται.

Ἐπίπεδος δὲ γωνία ἐστὶν· ἡ ἐν ἐπιπέδῳ δύο γραμμῶν ἁπτομένων ἀλλήλων· καὶ μὴ ἐπ᾽ εὐθείας κειμένων· πρὸς ἀλλήλας τῶν γραμμῶν κλίσις.

Ὅταν δ᾽ αἱ περιέχουσαι τὴν γωνίαν γραμμαὶ, εὐθεῖαι ὦσιν· εὐθύγραμμος καλεῖται ἡ γωνία.

Ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα· τὰς ἐφεξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ· ὀρθή ἐστιν ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν. Καὶ ἡ ἐφεστηκυῖα εὐθεῖα κάθετος καλεῖται, ἐφ' ἣν ἐφέστηκεν.

Ἀμβλεῖα γωνία ἐστὶν ἡ μείζων ὀρθῆς.

Ὀξεῖα δὲ, ἡ ἐλάσσων ὀρθῆς.

Ὅρος ἐστὶν, ὅ τινός ἐστι πέρας.

Σχῆμα ἐστὶ, τὸ ὑπό τινος, ἤ τινων ὅρων περιεχόμενον.

Κύκλος ἐστὶ, σχῆμα ἐπίπεδον· ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον, ἣ καλεῖται περιφέρεια· πρὸς ἣν ἀφ' ἑνὸς σημείου, τῶν ἐντὸς τοῦ σχήματος κειμένων· πᾶσαι αἱ προσπίπτουσαι εὐθεῖαι, ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί.

Κέντρον δὲ, τοῦ κύκλου, τὸ σημεῖον καλεῖται.

Διάμετρος δὲ τοῦ κύκλου ἐστὶν· εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἠγμένη· καὶ περατουμένη ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη ὑπὸ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας· ἥτις, καὶ δίχα τέμνει τὸν κύκλον.

Ἡμικύκλιον δ' ἐστὶ, τὸ περιεχόμενον σχῆμα, ὑπό τε τῆς διαμέτρου, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῆς τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας.

Τμῆμα κύκλου ἐστὶ, τὸ περιεχόμενον ὑ-

πό τε

πότε εὐθείας, καὶ κύκλου περιφερείας.

Εὐθύγραμμα σχήματα ἐστὶ: τὰ ὑπὸ εὐθειῶν περιεχόμενα.

Τρίπλευρα μὲν τὰ ὑπὸ τριῶν.

Τετράπλευρα δὲ, τὰ ὑπὸ τεσσάρων.

Πολύπλευρα δὲ, τὰ ὑπὸ πλειόνων, ἢ τεσσάρων εὐθειῶν περιεχόμενα.

Τῶν δὲ τριπλεύρων σχημάτων, Ισόπλευρον μὲν τρίγωνον ἐστὶ, τὸ τρεῖς ἴσας ἔχον πλευράς.

Ισοσκελὲς δὲ, τὸ τὰς δύο μόνας ἴσας ἔχον πλευράς.

Σκαληνὸν δὲ, τὸ τὰς τρεῖς ἀνίσας ἔχον πλευράς.

Ετι δὲ τῶν τριπλεύρων σχημάτων, Ορθογώνιον μὲν τρίγωνον ἐστὶ, τὸ ἔχον μίαν ὀρθὴν γωνίαν.

Αμβλυγώνιον δὲ, τὸ μίαν ἔχον ἀμβλεῖαν γωνίαν.

Οξυγώνιον δὲ τὸ τρεῖς ὀξείας ἔχον γωνίας.

Τῶν δὲ τετραπλεύρων σχημάτων: Τετράγωνον μέν ἐστιν, ὃ ἰσόπλευρόν τε ἐστι, καὶ ὀρθογώνιον.

Ετερόμηκες δὲ, ὃ ὀρθογώνιον μὲν, οὐκ ἰσόπλευρον δὲ.

Ῥόμβος δὲ, ὃ ἰσόπλευρον μὲν, οὐκ ὀρθογώνιον δέ.

Ῥομβοειδὲς δὲ, τὸ τὰς ἀπεναντίον πλευράς τε καὶ γωνίας, ἴσας ἀλλήλαις ἔχον. ὃ οὔτε ἰσόπλευρόν ἐστιν, οὔτε ὀρθογώνιον.

Τὰ δὲ παρὰ ταῦτα τετράπλευρα: Τραπέζια καλείσθω.

Παράλληλοι εἰσὶν εὐθεῖαι, αἵ τινες ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι: καὶ ἐκβαλλόμεναι ἐπ' ἄπειρον, ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη: ἐπὶ μηδέτερα συμπίπτουσιν ἀλλήλαις.

DEFINITIONES LIBRI *primi Euclidis.*

PVnctum eſt, quod partem non habet.

Linea eſt, longitudo abſque latitudine.

Termini lineæ, ſunt puncta.

Linea recta eſt, quæ ex æquo poſita eſt inter ſua puncta.

Superficies eſt, quæ longitudinem & latitudinem tantum habet.

Termini ſuperficiei ſunt lineæ.

Plana ſuperficies eſt: quæ ex æquo poſita eſt, inter ſuas lineas rectas.

Angulus planus eſt, duarum linearum ſeſe

in

in plano tangentium,& nõ ex aduerso positarum mutua inclinatio.

Rectilineum uocamus angulum, quem lineæ rectæ continent.

Cum recta super rectam stans, angulos uicinos inter se fecerit æquales: rectus est uterque æqualium illorum angulorum.

Recta uerò linea angulos illos æquales faciens: perpendicularis dicitur ad eam lineam, super qua consistit.

Obtusus angulus est, qui recto est maior.

Acutus uerò, qui recto est minor.

Terminus est id, quod alicuius finis est.

Figura est, quæ termino aliquo, aut aliquibus terminis continetur.

Circulus est figura plana, una linea contenta, quam uocamus circumferentiam: ad quam ab uno aliquo ex punctis, quæ intra ipsam sunt, omnes lineæ rectæ procidentes: inter se sunt æquales.

Centrum uero circuli, uocatur hoc in circulo medium punctum.

Dimetiens circuli est, recta quædam linea, per centrũ circuli ducta: utrinque ad circumferentiam circuli desinens; ipsumq́; circulum in duas partes æquales diuidens.

Semicirculus est figura, quam dimetiens

circuli, & intercepta à dimetiente circumferentia continet.

Segmentum circuli, est figura, quam linea recta, & circuli circumferentia continet.

Rectilineæ figuræ sunt: quas rectæ lineæ ambiunt.

Trilateræ quidē, quas ambiunt tres rectæ.

Quadrilateræ uerò, quas plures, quàm quatuor rectæ ambiunt.

Ex trilateris autem figuris. Triangulus æquilaterus est: qui tria habet æqualia latera.

Aequicrurus, qui duo tantum habet æqualia latera.

Scalenus triangulus, qui tria habet inæqualia latera.

Item ex trilateris figuris, triangulus rectangulus est: qui angulum habet rectum.

Amblygonius, qui angulum habet obtusum.

Oxygonius, qui angulos tres acutos habet.

Ex quadrilateris figuris, quadratum est, quod æquilaterum est, & rectangulum.

Quadrangulum oblongū, quod rectangulum quidem est, sed non æquilaterum.

Rhombus, quod æquilaterum quidem est, sed non rectangulum.

Rhomboeides, quod latera è regione posita habet æqualia, ac etiam angulos: non tamē

est

eſt æquilaterum neque rectangulum.

Omnes reliquæ præter has quadrilateræ figuræ: Trapezia uocentur.

Aequediſtãtes rectæ lineæ ſunt, quæ in eodem plano ſitæ: & in infinitũ ex utraque parte extenſæ: in neutra tamen concurrunt.

AITHMATA.

ΗΤΗΣΤΩ, ἀπὸ παντὸς σημείου, ἐπὶ πᾶν σημεῖον· εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Καὶ πεπερασμένην εὐθεῖαν· κατὰ τὸ συνεχὲς, ἐπ' εὐθείας ἐκβάλλειν.

Καὶ παντὶ κέντρῳ, καὶ διαστήματι· κύκλον γράφεσθαι.

POSTVLATA.

Petatur. À quouis puncto, ad quoduis pũctum: rectam lineam deſcribere.

Item, lineam rectam finitam: in infinitum uſque extendere.

Item, quouis centro, & interuallo deſcribere circulum.

KOINAI ENNOIAI.

ΤΑ ΤΩ αὐτῷ ἴσα· καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα.

Καὶ ἐὰν ἴσοις ἴσα, προστεθῇ· τὰ ὅλα, ἐστὶν ἴσα.

Καὶ ἐὰν ἀπ' ἴσων ἴσα ἀφαιρεθῆ: τὰ καταλειπόμενά ἐστιν ἴσα.

Καὶ ἐὰν ἀνίσοις ἴσα προστεθῆ: τὰ ὅλα ἐστὶν ἄνισα.

Καὶ ἐὰν ἀπὸ ἀνίσων ἴσα ἀφαιρεθῆ: τὰ λοιπά ἐστιν ἄνισα.

Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ διπλάσια: ἴσα ἀλλήλοις ἐστί.

Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ ἡμίση: ἴσα ἀλλήλοις ἐστί.

Καὶ τὰ ἐφαρμόζοντα ἐπ' ἄλληλα: ἴσα ἀλλήλοις ἐστί.

Καὶ τὸ ὅλον: τοῦ μέρους μεῖζόν ἐστί.

Καὶ πᾶσαι αἱ ὀρθαὶ γωνίαι: ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί.

Καὶ ἐὰν εἰς δύο εὐθείας, εὐθεῖα ἐμπίπτουσα: τὰς ἐντὸς, καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη γωνίας, δύω ὀρθῶν ἐλάσσονας ποιῆ: ἐκβαλλόμεναι αἱ δύο αὗται εὐθεῖαι ἐπ' ἄπειρον, συμπεσοῦνται ἀλλήλαις: ἐφ' ἃ μέρη εἰσὶν αἱ τῶν δύο ὀρθῶν ἐλάσσονες γωνίαι.

Καὶ δύο εὐθεῖαι, χωρίον οὐ περιέχουσιν.

COMMVNES NOTIONES,
seu sententiæ.

Quæ eidem sunt æqualia; illa inter se sunt æqualia.

Si æqualibus æqualia fuerint adiecta: etiã tota sunt æqualia.

Si ab æqualibus æqualia fuerint ablata: etiam quæ relinquuntur, sunt æqualia.

Si inæqualibus æqualia fuerint adiecta: etiam tota sunt inæqũalia.

Si ab inæqualibus ęqualia fuerint sublata: quæ relinquuntur sunt inæqualia.

Quæ sunt eiusdem dupla: inter se sunt ęqualia.

Quæ eiusdem sunt dimidia: inter se sunt æqualia.

Quæ applicata inter se conueniunt: sunt æqualia.

Totum, est maius sua parte.

Omnes recti anguli: inter se sunt æquales.

Cum in duas rectas, recta incidens linea, duos internos ex una parte angulos, duobus rectis facit minores: productæ istæ duæ lineæ rectæ in infinitum, ex ea parte concurrẽt, ubi sunt illi duo anguli duobus rectis minores.

Duæ lineæ rectæ figuram non faciunt.

ΟΡΌΙ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΣΤΟΙΧΕΊΟΥ ΕΥΚΛΕΊΔΟΥ.

ΠΑν παραλληλόγραμμον ὀρθογώνιον, περιέχεσθαι λέγεται: ὑπὸ δύο τῶν τὴν

ὀρθὴν γωνίαν περιεχουσῶν εὐθειῶν.

Παντὸς δὲ παραλληλογράμμου χωρίου τῶν περὶ τὴν διάμετρον αὐτοῦ: ἓν παραλληλόγραμμων ὁποιονοῦν, σὺν τοῖς δυσὶ παραπληρώμασι: γνώμων καλείσθω.

DEFINITIONES LIBRI *secundi Euclidis.*

OMmne parallelogrammum rectangulum, contineri dicitur duabus lineis rectis: rectum angulum ambientibus.

Omnis figuræ parallelogrammæ, quod-uis eorum parallelogrammorum quæ circa dimetientem sunt: unà cum duobus complementis: uocetur gnomon.

ΟΡΟΙ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΣΤΟΙ-χείου Εὐκλείδου.

ΙΣοι κύκλοι εἰσὶν: ὧν αἱ διάμετροι εἰσὶν ἴσαι: ἢ ὧν αἱ ἐκ τῶν κέντρων ἴσαι εἰσὶν.

Εὐθεῖα κύκλου ἐφάπτεσθαι λέγεται: ἣ τῆς ἁπτομένη τοῦ κύκλου, καὶ ἐκβαλλομένη: οὐ τέμνει τὸν κύκλον. Κύκλοι ἐφάπτεσθαι ἀλλήλων λέγονται: οἵ τινες ἁπτόμενοι ἀλλήλων, οὐ τέμνουσιν ἀλλήλους.

Ἐν κύκλῳ ἴσον ἀπέχειν τοῦ κέντρου εὐθεῖαι λέγονται: ὅταν αἱ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπ' αὐτὰς κάθετοι ἀγόμεναι ἴσαι ὦσι. μεῖζον δὲ ἀπέχειν λέγεται: ἐφ' ἣν ἡ μείζων κάθετος πίπτει.

Τμῆμα κύκλου, ἐστὶ τὸ περιεχόμενον σχῆμα, ὑπό τε εὐθείας καὶ κύκλου περιφερείας.

Τμήματος δὲ γωνία ἐστὶν, ἡ περιεχομένη ὑπό τε εὐθείας, καὶ κύκλου περιφερείας.

Ἐν τμήματι δὲ γωνία ἐστὶν, ὅταν ἐπὶ τῆς περιφερείας τοῦ τμήματος: ληφθῇ τι σημεῖον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς εὐθείας, ἥ τις ἐστὶ βάσις τοῦ τμήματος ἐπεζευχθῶσιν εὐθεῖαι: ἡ περιεχομένη γωνία ὑπὸ τῶν ἐπιζευχθεισῶν εὐθειῶν. ὅταν δὲ αἱ περιέχουσι τὴν γωνίαν εὐθεῖαι ἀπολαμβάνωσι τινὰ περιφέρειαν: ἐπ' ἐκείνης λέγεται βεβηκέναι ἡ γωνία. Τομεὺς δὲ κύκλου ἐστὶν, ὅταν πρὸς τῷ κέντρῳ αὐτοῦ τοῦ κύκλου σταθῇ ἡ γωνία: τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τῶν τὴν γωνίαν περιεχουσῶν εὐθειῶν, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης, ὑπ' αὐτῶν περιφερείας.

Ὅμοια τμήματα κύκλου ἐστὶν: τὰ δεχόμενα γωνίας ἴσας: ἢ ἐν οἷς αἱ ἴσαι γωνίαι ἀλλήλαις εἰσίν.

DEFI-

DEFINITIONES LIBRI *tertij Euclidis.*

Circuli illi æquales sunt, quorum diametri erunt æquales: uel qui æquales habent ex centris ductas lineas rectas.

Illa recta linea dicetur circulum tangere: quæ cum tangit circulum,& producta fuerit: tamen non secat circulum. Circuli dicuntur sese mutuò tangere: qui dum sese tangunt, non tamen sese mutuò secant.

Rectæ in circulo æqualiter à centro distare dicuntur: quando perpendiculares à cẽtro ad illas ductæ, æquales fuerint: longius uerò illa distare dicitur, in quam maior cadit perpendicularis.

Segmentum circuli, est figura quæ linea recta & circuli circumferentia continetur.

Angulus uerò segmenti est: qui linea recta, & circuli circumferentia continetur.

Angulus uero in segmento est: quando in circumferentia segmenti sumptum fuerit aliquod punctum,& rectæ quædam ab eo puncto ad extrema lineæ rectæ, quæ basis segmenti est, ductæ fuerint: angulus qui duabus illis ductis lineis rectis continetur, erit in segmento. Quando uero rectæ angulum continentes, absumpserint aliquã circumferentiæ partem,

partem:in illa dicetur angulus constitutus esse. Sector circuli est, quando angulus fuerit ad centrum circuli constitutus: illa inquam figura, quæ continetur lineis rectis, angulum facientibus, & circumferentiæ parte, quæ lineis rectis istis est intercepta.

Similia segmenta circuli sunt: quæ æquales habent angulos: aut in quibus anguli sunt æquales.

ΟΡΟΙ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΣΤΟΙχείου Εὐκλείδου.

Σχῆμα εὐθύγραμμον, εἰς σχῆμα εὐθύγραμμον ἐγγράφεσθαι λέγεται: ὅταν ἑκάστη τῶν τοῦ ἐγγραφομένου σχήματος γωνιῶν ἑκάστης πλευρᾶς τοῦ εἰς ὃ ἐγγράφεται ἅπτεται.

Σχῆμα δ' ὁμοίως περὶ σχῆμα περιγράφεσθαι λέγεται: ὅταν ἑκάστη πλευρὰ τοῦ περιγραφομένου: ἑκάστης γωνίας, τοῦ περὶ ὃ περιγράφεται ἅπτηται.

Σχῆμα δ' εὐθύγραμμον, εἰς κύκλον ἐγγράφεσθαι λέγεται: ὅταν ἑκάστη γωνία τοῦ ἐγγραφομένου, ἅπτηται τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας.

Σχῆμα

Σχῆμα δ' εὐθύγραμμον περὶ κύκλον περιγράφεσθαι λέγεται· ὅταν ἑκάστη πλευρὰ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας τοῦ περιγραφομένου ἐφάπτηται.

Κύκλος δὲ ὁμοίως εἰς σχῆμα λέγεται ἐγγράφεσθαι: ὅταν ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια ἑκάστης πλευρᾶς τοῦ εἰς ὃ ἐγγράφεται ἅπτηται.

Κύκλος δὲ περὶ σχῆμα περιγράφεσθαι λέγεται: ὅταν ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια ἑκάστης γωνίας, τοῦ περὶ ὃ περιγράφεται ἅπτηται.

Εὐθεῖα εἰς κύκλον ἐναρμόζεσθαι λέγεται: ὅταν τὰ πέρατα αὐτῆς, ἐπὶ τῆς περιφερείας ᾖ τοῦ κύκλου.

DEFINITIONES LIBRI *quarti Euclidis.*

FIgura rectilinea dicetur in figuram rectilineam inscribi: quando unusquisque angulus eius figuræ, quæ inscribitur: tangit unumquodque latus figuræ, in quam est inscripta.

Figura etiam dicetur similitudine quadam circa figuram describi: quando unumquodq; latus figuræ circumscriptæ : tangit unumquenque angulum eius figuræ, circa quam describitur.

Figu-

Figura rectilinea in circulum inscribi dicetur: quando unusquisque angulus figuræ inscriptæ: tangit circuli circumferentiam.

Figura rectilinea dicetur circa circulum describi: quando unusquisque angulus tangit circuli circa quem describitur figura, circumferentiam.

Circulus uero similiter dicetur in figuram inscribi: quando circuli circumferentia tangit unumquodque latus figuræ eius, in quam inscribitur.

Circulus uero dicetur circa figuram describi, quãdo circuli circumferentia tangit unumquenq; angulum figuræ, circa quam circulus describitur.

Recta linea dicetur in circulum cooptari: quando eius extrema fuerint in circumferentia circuli.

ΟΡΟΙ ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΣΤΟΙ-
χείου Εὐκλείδου.

Μέρος ἐστὶ μέγεθος μεγέθους, τὸ ἔλασσον τοῦ μείζονος: ὅταν καταμετρῇ τὸ μεῖζον.

Πολλαπλάσιον δὲ τὸ μεῖζον τοῦ ἐλάσσονος: ὅταν καταμετρῆται ὑπὸ τοῦ ἐλάττονος.

Λόγος ἐστὶ δύο μεγεθῶν ὁμογενῶν, ἡ κατὰ πηλικότητα πρὸς ἄλληλα ποιὰ σχέσις.

Λόγοι

τὸν πρὸς τὸ τρίτον: διπλασίονα λόγον ἔχειν λέγεται, ἤπερ πρὸς τὸ δεύτερον.

Οταν δὲ τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον ᾖ: τὸ πρῶτον πρὸς τὸ τέταρτον τριπλασίονα λόγον ἔχειν λέγεται: ἤπερ πρὸς τὸ δεύτερον, καὶ ἀεὶ ἑξῆς ἑνὶ πλεῖον, ἕως ἂν ἡ ἀναλογία ὑπάρχῃ.

Ομόλογα μεγέθη λέγεται εἶναι: τὰ μὲν ἡγούμενα τοῖς ἡγουμένοις, τὰ δ᾽ ἑπόμενα τοῖς ἑπομένοις.

Εναλλὰξ λόγος ἐστὶ, λῆψις τοῦ ἡγουμένου πρὸς τὸ ἡγούμενον: καὶ τοῦ ἑπομένου πρὸς τὸ ἑπόμενον.

Ανάπαλιν λόγος ἐστὶ, λῆψις τοῦ ἑπομένου, ὡς ἡγουμένου, πρὸς τὸ ἡγούμενον ὡς ἑπόμενον.

Σύνθεσις λόγου ἐστὶ, λῆψις τοῦ ἡγουμένου μετὰ τοῦ ἑπομένου: ὡς ἑνὸς, πρὸς αὐτὸ τὸ ἑπόμενον.

Διαίρεσις δὲ λόγου ἐστὶ, λῆψις τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου πρὸς αὐτὸ τὸ ἑπόμενον.

Αναστροφὴ λόγου ἐστὶ, λῆψις τοῦ ἡγουμένου πρὸς τὴν ὑπεροχὴν ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου.

Διίσου λόγος ἐστὶ, πλειόνων ὄντων μεγεθῶν, καὶ ἄλλων αὐτοῖς ἴσων τὸ πλῆθος σύνδυο λαμβανομένων, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ: ὅταν ᾖ, ὡς ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσι, τὸ πρῶτον πρὸς τὸ ἔσχατον: οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσι τὸ πρῶτον πρὸς τὸ ἔσχατον. ἢ ἄλλως λῆψις τῶν ἄκρων, καθ' ὑπεξαίρεσιν τῶν μέσων.

Τεταγμένη ἀναλογία ἐστὶν, ὅταν ᾖ ὡς ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον: οὕτος ἡγούμενον πρὸς τὸ ἑπόμενον: ᾖ δὲ καὶ ὡς ἑπόμενον πρὸς ἄλλό τι, οὕτως ἑπόμενον πρὸς ἀλλό τι.

Τεταραγμένη δ' ἀναλογία ἐστὶν, ὅταν τριῶν ὄντων μεγεθῶν, καὶ ἄλλων ἴσων αὐτοῖς τὸ πλῆθος: γίνεται, ὡς μὲν ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσιν, ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον: οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσιν ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον: ὡς δ' ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσιν ἑπόμενον πρὸς ἀλλό τι: οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσιν ἡγούμενον πρὸς ἄλλο τι.

DEFINITIONES LIBRI *quinti Euclidis.*

PArs est magnitudo magnitudinis, minor maioris: cum maiorem permetitur.

Multiplex maior minoris: cum sub minoris cadit mensuram.

Pro-

Proportio eſt duarum magnitudinum eiuſdem generis,iuxta quantitatem habitudo quędam inter ſe.

Proportionem inter ſe habere dicuntur magnitudines: quæ multiplicatæ ſeſe poſſunt tranſcendere.

In eadem proportione magnitudines dicuntur eſſe prima ad ſecundam: & tertia ad quartam: quando primæ & tertiæ æqualiter multiplices, æqualiter multiplicibus ſecundæ & quartæ, iuxta quamuis multiplicationem utraque utrique, uel ſimul fuerint minores: uel ſimul æquales: uel ſimul maiores, collatæ inter ſe.

Magnitudines quæ eandem habent proportionem,uocantur proportionales.

Quando autem collatis illis æqualiter multiplicibus, multiplex primæ tranſcendit multiplicem ſecundæ: multiplex uerò tertiæ non tranſcendit multiplicem quartæ: tum prima ad ſecundam,dicitur habere maiorem proportionem,quàm tertia ad quartam.

Analogia, eſt proportionum ſimilitudo.

Analogia uerò,eſt in tribus minimis terminis.

Cum tres fuerint magnitudines proportionales, illarum prima ad tertiam duplam

dicitur habere proportionē, atque ad secundā

Cum uerò quatuor fuerint magnitudines proportionales: illarum prima ad quartam, triplam dicitur habere proportionem, atque ad secundam: & subinde una amplius quam diu analogia fuerit.

Comproportionales magnitudines dicuntur: præcedētes præcedentibus, & consequentes consequentibus.

Alternatim proportio est, collatio præcedentis ad precedentem, & consequentis ad consequentem.

Conuersa proportio est, collatio cōsequentis, tanquam præcedentis: ad præcedentē, tanquam consequentem.

Compositio proportionis est collatio præcedentis cum cōsequente, tanquam unius, ad ipsum terminum consequentem.

Diuisio proportionis est, collatio excessus, quo præcedens terminus superat consequentem: ad ipsum terminum consequentem.

Anastrophe proportionis est, collatio præcedentis ad excessum, quo superat præcedens consequentem.

Ex equo proportio est, cum sunt plures magnitudines, & aliæ ipsis multitudine pares, binæ collatæ in eadem proportione, & fuerit,

ut

ut in primis magnitudinibus, prima ad ultimam: sic etiam in secundis magnitudinibus prima ad ultimam: uel est collatio extremorū, per subductionem mediorum.

Ordinata analogia est, cum fuerit sicut præcedens magnitudo ad consequentem: sic præcedens ad consequentem: fuerit uerò etiam sicut consequens ad aliam quandam magnitudinem: sic consequens ad aliam quandam.

Confusa autem analogia est, cum sunt magnitudines tres: & aliæ ipsis multitudine pares: & fuerit sicut in primis magnitudinibus prȩcedens ad consequentem: sic etiam in secundis præcedens ad consequentē: sicut uerò in primis magnitudinibus cōsequens, ad aliā quandam magnitudinem: sic in secundis magnitudinibus, alia quædam ad præcedentem.

ΟΡΟΙ ΤΟΥ ΕΚΤΟΥ ΣΤΟΙχείου Εὐκλείδου.

Ὅμοια σχήματα εὐθύγραμμά ἐστιν, ὅσα τάς τε γωνίας ἴσας ἔχει κατὰ μίαν: καὶ τὰς περὶ τὰς ἴσας γωνίας πλευρὰς, ἀνάλογον.

Ἀντιπεπονθότα δὲ σχήματά ἐστιν, ὅταν ἑκατέρῳ τῶν σχημάτων, ἡγούμενοί τε καὶ ἑπόμενοι λόγοι ὦσιν.

Ἄκρον καὶ μέσον λόγον, εὐθεῖα τετμῆσθαι λέγεται· ὅταν ᾖ, ὡς ἡ ὅλη πρὸς τὸ μεῖζον τμῆμα, οὕτως τὸ μεῖζον πρὸς τὸ ἔλασσον.

Ὕψος ἐστὶ παντὸς σχήματος, ἡ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν, κάθετος ἀγομένη.

Λόγος ἐκ λόγων συγκεῖσθαι λέγεται· ὅταν αἱ τῶν λόγων πηλικότητες, ἐφ' ἑαυτὰς πολλαπλασιασθεῖσαι, ποιῶσί τινας.

DEFINITIONES LIBRI *sexti Euclidis.*

SImiles figuræ rectilineæ sunt: quæ æquales habent angulos ad unum: & latera æquales angulos continentia æqualia.

Reciprocæ figuræ sunt: quando in utraque figura sunt antecedentes, & consequentes rationis termini.

Secundum rationem extremam & mediã dicetur linea recta esse secta: quando sic se habet ratio, ut tota ad maius segmentum, sic maius segmentum ad minus.

Vniuscuiusque figurę altitudo, dicitur linea recta perpendicularis, ducta à uertice ad basim usque.

Ratio ex rationibus dicetur composita esse, si rationum quantitates inter se multiplicatæ aliquas fecerint.

ΟΡΟΙ ΤΟΥ ΔΕΚΑΤΟΥ ΣΤΟΙ-χείου Εὐκλείδου.

Σύμμετρα μεγέθη λέγεται, τὰ τῷ αὐτῷ μέτρῳ μετρούμενα.

Ἀσύμμετρα δὲ, ὧν μηδὲν ἐνδέχεται κοινὸν μέτρον γενέσθαι.

Εὐθεῖαι δυνάμει σύμμετροι εἰσὶν, ὅταν τὰ ἀπ' αὐτῶν τετράγωνα, τῷ αὐτῷ χωρίῳ μετρῆται.

Ἀσύμμετροι δὲ, ὅταν τοῖς ἀπ' αὐτῶν τετραγώνοις, μηδὲν ἐνδέχεται χωρίον κοινὸν μέτρον γενέσθαι.

Τούτων δ' ὑποκειμένων, δείκνυται ὅτι τῇ προτεθείσῃ εὐθείᾳ ὑπάρχουσιν εὐθεῖαι πλήθει ἄπειροι σύμμετροί τε, καὶ ἀσύμμετροι, αἱ μὲν, μήκει καὶ δυνάμει, αἱ δὲ δυνάμει μόνον.

Καλείσθω οὖν ἡ μὲν προτεθεῖσα εὐθεῖα ῥητή· καὶ αἱ ταύτῃ σύμμετροι εἴτε μήκει, καὶ δυνάμει, εἴτε δυνάμει μόνον, ῥηταί.

Αἱ δὲ ταύτῃ ἀσύμμετροι· ἄλογοι καλείσθωσαν. Καὶ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς προτεθείσης εὐθείας τετράγωνον, ῥητόν.

Καὶ τὰ τούτῳ σύμμετρα ῥητά. Τὰ δὲ τούτῳ ἀσύμμετρα ἄλογα καλείσθω, καὶ αἱ δυνάμεναι αὐτὰ, ἄλογοι. Εἰ μὲν τετράγωνον

εἴη, αὗται αἱ πλευραὶ, εἰ δὲ ἕτεραι τινὰ εὐθύγραμμα, αἱ ἴσαι αὐτοῖς τετράγωνα ἀναγράφουσαι ἄλογον καλείσθω.

DEFINITIONES LIBRI *decimi Euclidis.*

COmmenſurabiles magnitudines illæ dicuntur eſſe: quas eadẽ menſura metitur.

Incommenſurabiles uerò illæ magnitudines dicuntur; quarum nullam communẽ menſuram contingit inuenire.

Lineæ rectæ potentia commenſurabiles ſunt: quarum quadrata una eademque ſuperficies metitur.

Lineæ uerò rectæ incommẽſurabiles ſunt: quarum quadrata quæ metiatur ea, nulla inueniri poteſt.

His ſic ſe habentibus, oſtenditur quod linee rectæ datæ, exiſtant aliæ lineæ rectæ innumerabiles: partim commenſurabiles, partim incommenſurabiles: aliæ quidem longitudine & potentia, aliæ uerò potentia tantum.

Vocetur igitur linea recta data, ῥητὴ, rationalis: quæ uerò huic lineæ ſunt commenſurabiles, ſiue longitudine & potentia, ſiue potentia tantum: & ipſæ uocentur rationales.

Quæ

Quæ autem huic lineæ rectæ incommensurabiles sunt, nominentur irrationales.

Quadratum etiam quod à linea proposita rationali describitur, appelletur rationale. Quæ etiam huic sunt commensurabilia nominentur rationalia. Quæ uerò ei sunt incõmensurabilia nominentur irrationalia aut surda. Lineæ denique quæ illa describunt irrationales dicantur, si sit quadratum ipsa latera sunt irrationalia, si uerò aliæ figuræ rectilineæ tum lineæ quæ describunt quadrata figuris rectilineis æqualia, uocentur irrationales.

ΟΡΟΙ ΤΟΥ ΙΑ. ΣΤΟΙΧΕΙΟΥ

Εὐκλείδου.

Στερεόν ἐστι τὸ μῆκος, καὶ πλάτος, καὶ βάθος ἔχον.

Στερεοῦ δὲ πέρας ἐπιφάνεια.

Εὐθεῖα πρὸς ἐπίπεδον ὀρθὴ ἐστὶν· ὅταν πρὸς πάσας τὰς ἁπτομένας αὐτῆς εὐθείας· καὶ οὔσας ἐν τῷ αὐτῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ· ὀρθὰς ποιῇ γωνίας.

Επίπεδον πρὸς ἐπίπεδον ὀρθόν ἐστὶν, ὅταν αἱ τῇ κοινῇ τομῇ τῶν ἐπιπέδων πρὸς ὀρθὰς ἀγόμεναι εὐθεῖαι ἐν ἑνὶ τῶν ἐπιπέδων· τῷ λοιπῷ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ὦσιν.

Εὐθείας πρὸς ἐπίπεδον κλίσις ἐστὶν, ὅταν ἀπὸ τοῦ μετεώρου πέρατος τῆς εὐθείας ἐπὶ τὸ ἐπίπεδον κάθετος ἀχθῇ, καὶ ἀπὸ τοῦ γενομένου σημείου, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ἐπιπέδῳ πέρατος τῆς εὐθείας, εὐθεῖα ἐπιζευχθῇ· ἡ περιεχομένη ὀξεῖα γωνία, ὑπὸ τῆς ἀχθείσης καὶ τῆς ἐφεστώσης.

Ἐπιπέδου πρὸς ἐπίπεδον κλίσις ἐστὶν, ἡ περιεχομένη ὀξεῖα γωνία, ὑπὸ τῶν πρὸς ὀρθὰς τῇ κοινῇ τομῇ ἀγομένων, πρὸς τῷ αὐτῷ σημείῳ ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἐπιπέδων.

Ἐπίπεδον πρὸς ἐπίπεδον ὁμοίως κεκλίσθαι λέγεται, καὶ ἕτερον πρὸς ἕτερον, ὅταν αἱ εἰρημέναι τῶν κλίσεων γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ὦσι.

Παράλληλα ἐπίπεδα ἐστὶ, τὰ ἀσύμπτωτα. Ὅμοια στερεὰ σχήματα ἐστὶ, τὰ ὑπὸ ὁμοίων ἐπιπέδων περιεχόμενα, ἴσων τὸ πλῆθος.

Ἴσα δὲ καὶ ὅμοια στερεὰ σχήματα ἐστὶ, τὰ ὑπὸ ὁμοίων ἐπιπέδων περιεχόμενα, ἴσων τῷ πλήθει καὶ τῷ μεγέθει.

Στερεὰ γωνία ἐστὶν, ἡ ὑπὸ πλειόνων ἢ δύο γραμμῶν ἁπτομένων ἀλλήλων, καὶ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιφανείᾳ οὐσῶν· πρὸς πάσαις ταῖς γραμμαῖς κλίσις.

Στερεὰ γωνία ἐστὶν, ἡ ὑπὸ πλειόνων ἢ δύο ἐπιπέδων γωνιῶν περιεχομένη, μὴ οὐσῶν ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ, πρὸς ἑνὶ σημείῳ συνισταμένων.

Πυραμίς ἐστι σχῆμα στερεὸν, ἐπιπέδοις περιεχόμενον ἀπὸ ἑνὸς ἐπιπέδου πρὸς ἑνὶ σημείῳ συνεστώς.

Πρίσμα ἐστὶ σχῆμα στερεὸν, ἐπιπέδοις περιεχόμενον, ὧν δύο τὰ ἀπεναντίον, ἴσα τε καὶ ὅμοιά ἐστι, καὶ παράλληλα· τὰ δὲ λοιπὰ, παραλληλόγραμμα.

Σφαιρά ἐστιν, ὅταν ἡμικυκλίου μενούσης τῆς διαμέτρου, περιενεχθὲν τὸ ἡμικύκλιον, εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ, ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι, τὸ περιληφθὲν σχῆμα.

Ἄξων δὲ τῆς σφαίρας ἐστὶν, ἡ μένουσα εὐθεῖα, περὶ ἣν τὸ ἡμικύκλιον στρέφεται.

Κέντρον δὲ τῆς σφαίρας ἐστὶ τὸ αὐτὸ, ὃ καὶ τοῦ ἡμικυκλίου.

Διάμετρος δὲ τῆς σφαίρας ἐστὶν, εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἠγμένη, καὶ περατουμένη ἐφ᾽ ἑκάτερα τὰ μέρη, ὑπὸ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

Κῶνος ἐστὶν, ὅταν ὀρθογωνίου τριγώνου μενούσης πλευρᾶς, τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν γωνίαν, περιε-

περιενεχθὲν τὸ τρίγωνον, εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ, ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι· τὸ περιληφθὲν σχῆμα, κἂν ἡ μένουσα εὐθεῖα ἴση ᾖ τῇ λοιπῇ τῇ περὶ τὴν ὀρθὴν περιφερομένῃ· ὀρθογώνιος ἔσται κῶνος, ἐὰν δὲ ἐλάττων, ἀμβλυγώνιος, ἐὰν δὲ μείζων, ὀξυγώνιος.

Ἄξων δὲ τοῦ κώνου ἐστὶν, ἡ μένουσα περὶ ἣν τὸ τρίγωνον στρέφεται.

Βάσις δὲ ὁ κύκλος ὁ ὑπὸ τῆς περιφερομένης εὐθείας γραφόμενος.

Κύλινδρος δὲ, ὅταν ὀρθογωνίου παραλληλογράμμου, μενούσης μιᾶς πλευρᾶς τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν· περιενεχθὲν τὸ παραλληλόγραμμον, εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι τὸ περιληφθὲν σχῆμα.

Ἄξων δὲ τοῦ κυλίνδρου ἐστὶν, ἡ μένουσα εὐθεῖα· περὶ ἣν τὸ παραλληλόγραμμον στρέφεται.

Βάσις δὲ, οἱ κύκλοι οἱ ὑπὸ τῶν ἀπεναντίον περιαγομένων δύο πλευρῶν γραφόμενοι.

Ὅμοιοι κῶνοι, καὶ κύλινδροι εἰσὶν ὧν οἵ τε ἄξωνες, καὶ αἱ διαμέτροι τῶν βάσεων ἀνάλογον εἰσὶν.

Κύβος ἐστὶ σχῆμα στερεὸν ὑπὸ ἓξ τετραγώνων ἴσων περιεχόμενον.

Τετρά-

Τετράεδρον ἐστι, σχῆμα ὑπὸ τεσσάρων τριγώνων ἴσων, καὶ ἰσοπλεύρων περιεχόμενον.

Οκτάεδρον ἐστὶ, σχῆμα στερεὸν ὑπὸ ὀκτὼ τριγώνων ἴσων, καὶ ἰσοπλεύρων περιεχόμενον.

Δωδεκάεδρον ἐστὶ, σχῆμα στερεὸν ὑπὸ δώδεκα πενταγώνων ἴσων καὶ ἰσοπλεύρων, καὶ ἰσογωνίων περιεχόμενον.

Εἰκοσάεδρον ἐστὶ, σχῆμα στερεὸν ὑπὸ εἴκοσιν τριγώνων ἴσων, καὶ ἰσοπλεύρων περιεχόμενον.

DEFINITIONES LIBRI *undecimi Euclidis.*

COrpus solidum est, quod habet longitudinem, latitudinem, & profunditatem.

Corporis solidi extremitas est, superficies.

Linea recta ad planum aliquod dicetur esse erecta: quãdo illa linea recta ad omnes quæ eam tangunt, & in eodem subiecto plano existunt rectas: fecerit angulos rectos.

Planum ad alterum planum erit erectum, quando lineæ rectæ ad angulos rectos ductæ: in communi planorum intersectione in altero planorum, reliquo plano ad angulos rectos fuerint.

Lineæ rectæ ad planũ inclinatio erit, quando

do à puncto sublimi ad ipsum planum ducta fuerit linea recta perpendicularis: & à puncto facto, atq; extremitate una lineæ rectæ in plano ducatur linea recta: angulus inquam ille acutus, quem continẽt linea recta ducta, & recta linea perpendicularis.

Plani inclinatio ad planum erit angulus acutus, quem continẽt lineæ rectæ ad angulos rectos ductæ in communi sectione ad unum idemque punctum in utroque plano.

Planum ad aliud planum similiter inclinatum esse dicitur: & aliud quoddam planũ ad aliud planum: quando anguli inclinationum fuerint æquales inter se.

Plana æquidistantia sunt: quæ nunquam concurrunt.

Figuræ solidæ similes sunt, quæ continentur planis similibus, & numero æqualibus.

Aequales uero & similes figuræ solidæ sunt, quæ planis continentur similibus, æqualibus numero, & magnitudine.

Angulus solidus est plurium quam duarũ linearum rectarum sese mutuo tangentium, & in uno plano minimè existentium ad omnes lineas inclinatio. Aliter.

Angulus solidus est, qui pluribus quã duobus angulis planis cõtinetur, qui non in eodẽ

sunt

ſunt plano, & ad unũ conſtituuntur punctũ.

Pyramis eſt figura ſolida, planis contenta, quæ conſtituitur ex uno plano ad unum aliquod punctum.

Priſma eſt figura ſolida planis contenta, quorum duo oppoſita æqualia & ſimilia atq; æquediſtantia ſunt, reliqua uero parallelogramma.

Sphæra eſt figura ſolida, quæ fit quãdo manente ſemicirculi diametro ipſe ſemicirculus circumducitur, donec in eundem reſtituatur locum unde cœperat moueri.

Axis ſphæræ eſt linea recta fixa manens circa quam ſemicirculus uoluitur.

Centrũ uerò ſphæræ, eſt illud ipſum quod & ſemicirculi.

Diameter ſphæræ eſt linea recta per centrum ducta, quæ terminatur ex utraque parte ſphæræ circumferentia.

Conus eſt figura ſolida, quæ fit quãdo manente alicuius trianguli rectanguli latere uno ex ijs quæ angulum continent rectum: ipſe triangulus circumducitur: & reſtituitur in locum unde cœperãt moueri. quod ſi igitur linea recta manens fuerit æqualis, reliquo lateri circumducto, & angulum rectum continenti: tum conus erit rectangulus: ſi uerò mi-

nor,

nor, amblygonius, si denique maior oxygonius.

Axis coni: est recta illa manens. circa quam uoluitur triangulus.

Basis eius, circulus qui describitur per lineam rectam quæ circunducitur.

Cylindrus est figura solida, quæ fit quando parallelogrammi alicuius rectanguli uno ex lateribus quæ angulum continent rectum manente: ipsum parallelogrammon circunducitur, donec in eundem restituatur locum unde cœperat moueri.

Axis cylindri est, linea recta quæ immobilis permanet: & circa quam ipsum uertitur parallelogrammon.

Basis uerò circuli illi qui describũtur à duobus oppositis lateribus, quæ circumuoluuntur.

Similes coni & cylindri sunt: quorum & axes & diametri basium: proportionales sunt.

Cubus est figura solida: sex æqualibus quadratis contenta.

Tetraedron, est figura solida quæ quatuor triangulis æqualibus, & æqualium laterum existentibus continetur.

Octaedron est figura solida quæ octo tri-

angulis

angulis æqualibus,& æqualium laterum existentibus continetur.

Dodecaedron est figura solida quæ duodecim pentagonis æqualibus, & æqualium laterum & angulorum æqualium continetur.

Eicosaedron est figura solida quæ uiginti triangulis æqualibus, & æqualium laterum continetur.

Finis definitionum Geometricarum.

ΟΡΟΙ ΤΗΣ ΑΡΙΘμητικῆς τοῦ ζ Εὐκλείδου στοιχείου.

Μονάς ἐστι, καθ' ἣν ἕκαστον τῶν ὄντων ἓν λέγεται.

Ἀριθμὸς δὲ, τὸ ἐκ μονάδων συγκείμενον πλῆθος.

Μέρος ἐστὶν ἀριθμὸς ἀριθμοῦ, ὁ ἐλάσσων τοῦ μείζονος, ὅταν καταμετρῇ τὸν μείζονα.

Μέρη δὲ, ὅταν μὴ καταμετρῇ.

Πολλαπλάσιος δὲ, ὁ μείζων τοῦ ἐλάττονος, ὅταν καταμετρεῖται ὑπὸ τοῦ ἐλάττονος.

Ἄρτιος δὲ ἀριθμός ἐστιν, ὁ δίχα διαιρούμενος.

Περιττὸς δὲ, ὁ μὴ διαιρούμενος δίχα. ἢ ὁ μονάδι διαφέρων ἀρτίου ἀριθμοῦ.

Ἀρτιάκις ἄρτιος ἀριθμὸς ἐστὶν, ὁ ὑπὸ ἀρτίου ἀριθμοῦ μετρούμενος, κατ' ἄρτιον ἀριθμόν.

Ἀρτιάκις δὲ περισσός ἐστιν, ὁ ὑπὸ ἀρτίου ἀριθμοῦ μετρούμενος, κατὰ περισσὸν ἀριθμόν.

Περισσάκις δὲ περισσός ἐστιν ἀριθμὸς, ὁ ὑπὸ περισσοῦ ἀριθμοῦ μετρούμενος, κατὰ περισσὸν ἀριθμόν.

Πρῶτος ἀριθμὸς ἐστιν, ὁ μονάδι μόνῃ μετρούμενος.

Πρῶτοι πρὸς ἀλλήλους ἀριθμοί εἰσιν, οἱ μονάδι μόνῃ μετρούμενοι κοινῷ μέτρῳ.

Σύνθετος ἀριθμὸς ἐστὶν, ὁ ἀριθμῷ τινὶ μετρούμενος.

Σύνθετοι δὲ πρὸς ἀλλήλους, ἀριθμοί εἰσιν οἱ ἀριθμῷ τινὶ μετρούμενοι κοινῷ μέτρῳ.

Ἀριθμὸς ἀριθμὸν πολλαπλασιάζειν λέγεται: ὅταν ὅσαι εἰσὶν ἐν αὐτῷ μονάδες, τοσαυτάκις συντεθῇ ὁ πολλαπλασιαζόμενος: καὶ γένηταί τις.

Ὅταν δὲ δύο ἀριθμοὶ πολλαπλασιάσαντες ἀλλήλους ποιῶσί τινα: ὁ γενόμενος, ἐπίπεδος καλεῖται.

Πλευραὶ δὲ αὐτοῦ, οἱ πολλαπλασιάσαντες ἀλλήλους ἀριθμοὶ.

Ὅταν δὲ τρεῖς ἀριθμοὶ, πολλαπλασιάσαντες ἀλλήλους, ποιῶσί τινά, ὁ γενόμενος, στερεὸς καλεῖται.

Πλευραὶ δὲ αὐτῶν, οἱ ἀπολλαπλασιάσαντες ἀριθμοὶ.

Τετράγωνος ἀριθμός ἐστιν, ὁ ἰσάκις ἴσος: ἢ ὁ ὑπὸ δύο ἴσων ἀριθμῶν περιεχόμενος.

Κύβος δὲ, ὁ ἰσάκις ἴσος ἰσάκις: ἢ ὁ ὑπὸ

τριῶν ἴσων ἀριθμῶν περιεχόμενος.

Ἀριθμοὶ ἀνάλογόν εἰσιν, ὅταν ὁ πρῶτος τοῦ δευτέρου, καὶ ὁ τρίτος τοῦ τετάρτου ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσιος, ἢ τὸ αὐτὸ μέρος, ἢ τὰ αὐτὰ μέρη ὦσιν.

Ὅμοιοι ἐπίπεδοι καὶ στερεοὶ ἀριθμοί εἰσιν, οἱ ἀνάλογον ἔχοντες τὰς πλευράς.

Τέλειος ἀριθμός ἐστιν, ὁ τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ἴσος ὤν.

DEFINITIONES ARITHMETICÆ *libri septimi Euclidis.*

VNitas est secundum quam unumquodque unum dicitur.

Numerus uerò multitudo ex unitatibus composita.

Numerus alterius numeri pars esse dicitur minor maioris: quando maiorem exactè metitur.

Numerus uero alterius numeri partes esse dicitur, quando non exactè metitur maiorem.

Numerus alterius numeri multiplex esse dicitur maior minoris: quando minor maiorem exactè metitur.

Numerus par est, quem in duas partes æquales diuidere possumus.

Nume-

Numerus uerò impar, qui non poteſt diuidi in duas partes æquales: uel is qui unitate differt à numero pari.

Numerus pariter par eſt, quem par numerus per partem metitur.

Numerus pariter impar eſt, quem numerus par, metitur per numerum imparem.

Numerus impariter impar eſt, quē impar numerus per imparem metitur.

Numerus primus eſt, quem ſola metitur unitas.

Numeri inter ſe primi ſunt: quos ſola unitas communi menſura metitur.

Numerus compoſitus eſt: quem numerus aliquis metitur.

Numeri inter ſe compoſiti: quos numerus aliquis communi metitur menſura.

Numerus numerum multiplicare dicitur: quādo quot in ipſo multiplicante fuerint unitates: toties cōponitur numerus multiplicandus, & producitur aliquis numerus.

Quando uerò duo numeri ſeſe mutuò multiplicantes producunt aliquem: numerus qui producitur appellatur planus.

Latera uero eius ſunt: numeri ſeſe mutuò multiplicantes.

Si uero tres numeri ſeſe mutuò multiplican

tes produxerint aliquem numerum: is qui fit solidus nominatur.

Eius uerò latera, sunt numeri sese mutuo multiplicantes.

Numerus quadratus est, qui æqualiter est æqualis: uel qui ex duorum æqualium numerorum multiplicatione fit.

Numerus uero cubus, dicitur qui æqualiter æqualis est æqualiter: id est, qui fit ex multiplicatione trium æqualium numerorum.

Numeri proportionales sunt, quando primus secundi, & tertius quarti æqualiter fuerit multiplex, aut eadem pars, aut eædem partes.

Similes plani & solidi numeri sunt, qui latera habent proportionalia.

Numerus perfectus est, qui partibus sui ipsius est æqualis.

Explicatio harum definitionum. Cap. I.

Μονάς.) Vnitas ut licet uidere numerus non est: sed numeri tantum principium: seu id ex quo numerus fit: & in quod numerus iterum resoluitur: Verum Logisticus accipit unitatē, seu unum pro numero, non autem Arithmeticus: ut, unus homo, una ulna, unus pes, &c.

Μέρος.

Μέρ☉.) In scholis numeros minores, à maioribus distinguũt, hoc modo. Numerus aut est aliquotus, aut aliquantus. aliquotus est, qui aliquoties in maiore numero exactè continetur: aliquantus uerò qui cum minor sit: tamen in maiore non exacte continetur. Verum hæc ex uerbis Græcis facilius percipi possunt. Nã utuntur uerbis μετρεῖν καὶ καταμετρεῖν. Μετρεῖν est, quando numerus minor continetur in maiore. sed καταμετρεῖν est, quando minor in maiore continetur exacte, hoc est, minor maiorẽ sic diuidit, ut facta diuisione nihil supersit, ut 2 & 4. 8 & 16.

Μέρη. Est numerus aliquantus, hoc est, numerus qui in maiore aliquoties est: sed nõ exacte, ut 5 & 6. 8 & 12. Quanquam Barlaam μέρ☉ appellet numerum minorem, respectu maioris: siue exacte in eo, siue non exacte contineatur. Sic enim inquit. Ἀριθμὸν ἀριθμοῦ μέρ☉ λέγω: τὸν ἐλάττονα τοῦ μείζον☉: ἄντε μετρεῖ, ἄντε μὴ μετρεῖ τὸν μείζονα. hoc est, Numerum alterius numeri partem appello: minorem maioris, siue metiatur eum, siue non metiatur: hoc est siue diuidat exacte, siue non.

Πολλαπλάσι☉.) Hic respectu numeri minoris dicitur.

Ἄρτιος.) Prima numerorum diuisio est in nu

merum parem & imparem. hic enim confideratio fit numerorum abſolutorum & ſimplicium, non autem relatorum.

Ἀρτιάκις ἄρτιος.) Subdiuiſio numerorum parium & imparium.

Πρῶτος.) Secunda diuiſio eſt numerorum primorum & compoſitorum.

Πρῶτοι.) Ex hac alia eſt orta diuiſio, quod numeri, uel primi, uel compoſiti ſint inter ſe. uerum an primi an uero compoſiti inter ſe ſint: cognoſcitur per ſubtractionem & diuiſionē, ut Euclides docet.

Ἀριθμὸς ἀριθμόν.) De multiplicatione operandi forma poſtea dicetur.

Ὅταν δὲ δύο.) Naſcitur alia diuiſio numerorum, quod aut plani ſint, aut ſolidi. numeri uero ex quibus hi fiunt, appellantur latera, coſtæ, uel radices, ut 2, 3 ſunt 6. Hic 6 eſt numerus factus ex lateribus 2 & 3. Sed ſi multiplicem 2 & 3, ex quibus fit numerus planus 6, atque 2 duco in 6 fiunt 12, qui numerus dicitur ſolidus, ſicuti & 18.

Τετράγωνος.) Deſcendit ad ſpecies numerorum planorum & ſolidorum, easque præcipuas, quadratum & cubum. quorum ſupputatio dicitur ἐπιλογισμὸς τετραγωνικῆς ἢ κυβικῆς πλευρᾶς, extractio radicis quadratæ uel cubicæ.

Ἀριθμοὶ

ἀριθμοὶ ἀνάλογον.)De proportione & ratione numerorum alio dicetur loco: ficuti & de reliquis fequentibus definitionibus.

His commodè addi poteft alia numerorum diuifio à Logifticis noftris obferuata: qua omnis numerus diuiditur uel in digitum,uel in articulum,uel numerum compofitum. Digitus eft quiuis numerus 10 minor. Vt funt nouem fimplices,qui certis & proprijs characteribus repræfentantur. 1 2 3 4 5 6 7 8 9.atque 0,feu cyphra, aut nulla, ut uocant,his notis additur, idque à dextris, non autem à finiftris, ut 10. 20. 30. 40. 50. 60.&c.& fiunt articuli. Numerus denique compofitus eft,qui fit ex digiti & articuli compofitione. Vt 13. 14. 25. 67. 48.

De quatuor modis fupputandi Logifticæ fcientiæ. Cap. II.

Logiftici in fuis calculationibus utuntur quatuor modis.primus quidem eft additionis quæ πρόσθεσις dicitur:alter fubtractionis, τῆς ἀφαιρέσεως:tertius multiplicationis,uel ut Græci loquuntur πολλαπλασιασμοῦ:quartus deniq; eft diuifionis,hoc eft,παραβολῆς ἢ μετρήσεως. Diffe-

runt autem inter ſe:quod duo priores modi ſint ſimplices:duo uerò poſteriores compoſiti. Nam multiplicatio,nihil eſt aliud quã multiplex additio:& diuiſio,multiplex ſubtractio. de quibus nũc ordine dicemus,incipiendo ab additione.

Ἐὰν ἀριθμὸς ἀριθμοῦ μέρος ᾖ, καὶ ἕτερος ἑτέρου τὸ αὐτὸ μέρος: καὶ συναμφότερος συναμφοτέρου,τὸ αὐτὸ μέρος ἔσται, ὅπερ ὁ εἷς τοῦ ἑνός. prop.5.lib. 7. Eucl.

Si numerus alterius numeri pars fuerit: & alter alterius eadem ſit pars:etiam additus numerus additi numeri eadem pars erit, quæ unus eſt unius. ut 6. 12. 4.8.

Ἐὰν ἀριθμὸς ἀριθμοῦ μέρει ᾖ,καὶ ἕτερος ἑτέρου τὰ αὐτὰ μέρη: καὶ συναμφότερος, συναμφοτέρου τὰ αὐτὰ μέρη ἔσται, ἅπερ ὁ εἷς τοῦ ἑνός. Propoſ.6.lib.7.Eucl.

Si numerus alterius numeri partes fuerit, quæ alter alterius: tum totus additus, totius additi eadem partes erit, quæ unus unius: ut, 6. 9. 8. 12.

Hæc Euclides libro ſeptimo ſuorũ elementorum demonſtrat: ex quibus additionis modum colligimus. qui nihil aliud eſt, quam ſi plures numeri in unum numerum rediguntur per compoſitionem. uel quando ex pluribus numeris collectis,fit unus numerus. qui ut Euclides docet ſe certa ratione reſpiciunt. ſicuti ſinguli ſe habent ad ſingulos,ita compoſiti ad compoſitos.

Duplex uero eſt additionis uia. una ſimplex & naturalis, uel uulgaris, quæ fit quando per unitates numeros colligimus. ut ſi dico ıııııııı eſſe octo. uel xxxxx eſſe quinquaginta, & cætera. Altera eſt artificioſa, quando logiſtica quadam arte numeros componimus, quæ cõſiſtit in cognitione ſignificationis, aut ualoris notarũ, quibus numeri exprimuntur: & locorum poteſtate: atq; diſpoſitione collectioneque concinna numerorum.

Notæ itaque quibus numeri, ut ſupra dictũ eſt exprimuntur, ſunt 1 2 3 4 5 6 7 8 9, quas ſignificantes appellãt, quia certum & definitũ numerũ exprimunt. decima uero cyphra, aut circulus, uel nulla o eſt. quæ cum per ſe nihil ſignificet, tamẽ alijs notis numerorũ prępoſita auget illarum ſignificationẽ. ut 10. 200. 3000. Hæ igitur numerorum notæ, uel ſimplicem habent & natiuam ſignificationem, uel natiuũ ſuum ualorem augent, in decuplum, centuplũ, aut millecuplum, & amplius, pro uariatione & tranſpoſitione loci.

Solent igitur Logiſtici quatuor inprimis obſeruare loca. Primum locum tribuunt notæ quæ eſt à dextris prima ordine inuerſo quidem, ſed Chaldæis & Hebræis conſueto. & ſi quæ nota alicuius numeri ibi fuerit

depre-

deprehensa suam natiuam retinet significatio nem. ut 2. Secundus locus est denariorum,& decies plus denotat,quam natiua eius sit signi ficatio, ut 23. prima nota retinet suum ualorem ternarij numeri, sed 2. in decuplum augetur,& significat uiginti. Tertius est centenariorum,quartus millenariorũ,ut 2 3 4 5. Duo millia trecenta quadraginta quinque. Atque hæc est numerandi seu enunciandi numerorũ ratio.quæ quandam numerorum compositio nem repræsentat: & potestatem locorum indi cat. dispositio uerò numerorum fit, quando plures numeri sunt in unam summam colligendi: ut prima perpendiculariter sub prima, secunda sub secunda,tertia sub tertia,& ita deinceps collocetur, ne notarum fiat confusio. Vt si tres numeri addendi proponantur, primus est 4 7 1 0. alter 5 8 2 4. tertius 6935. Hosce sic colloco & dispono.

4	7	1	0.
5	8	2	4
6	9	3	5

Postea linea subducenda est, quæ seiungit numeros addendos uel colligendos. à numeris additis, uel collectis per compositionem. Absoluta eiusmodi dispositione,instituitur operatio,

peratio, à primis & ſimpliciſsimis numeris, hoc eſt à dextris incipiendo, ut in hoc exemplo. 5 & 4 adde, fiunt 9. & quia o in hoc loco poſita nihil ſignificat, ſed ſequentium notarum ualorem auget: ſub linea perpendiculariter primo ordini ſubſcribo 9. pergo ad ſequentem ordinem. 3 & 2 faciunt 5. his adde 1, fiunt 6. Cum itaque una nota ſcribi poſſit: ſubſcribo ſecundo ordini. 6. & ad tertium ordinem colligendo peruenio 9 & 8 ſunt 17. adde illis 7. fiunt 24. & quia numerus duabus notis ſcribendus prodit ex eiuſmodi compoſitione: idcirco prima ſeu dextra huic ordini ſubſcribitur: nempe 4. ſequens uero ſequenti adijcitur ordini, id quod ſemper in eiuſmodi numeris eſt obſeruandũ. Cum igitur ad quartum ordinem peruenio, ſubſcripta tamen nota priore tertio ordini, etiam 2 adijcio, & colligo illas notas, utpote 2 reſeruaui, adde 6 fiunt 8, quibus ſi adijcias 5. ſunt 13. his adijce 4 fiunt 17. Quia uerò ad finem iam peruentũ eſt, id quod ex collectione notarum quarti ordinis, ſeu poſtremi factum eſt plenè ſcribitur, ut in hoc diagrammate uidere licet.

	4	7	1	0
	5	8	2	4
	6	9	3	5
1	7	4	6	9

Extant plures huius operationis regulæ: quas tamen uel ex aliorum scriptis: uel quotidiana exercitatione studiosi adolescentes addiscent.

Subtractio ἀφαίρεσις.

Ἐὰν ἀριθμὸς, &c. Propos.7.lib.7.Euclidis. Si numerus &c.

Ἐὰν ἀριθμὸς &c. Propos.8.lib.7.Euclidis. Si numerus,&c.

Subtrahere numerum à numero est,quando duobus numeris propositis, minorem auferimus à maiore,ut differentia seu excessus eorum cognoscatur. Sunt itaque tres numeri.primus qui & maior, à quo fieri debet subtractio. secundus qui & minor uel æqualis, qui subtrahitur. tertius qui relinquitur,post factã subtractionẽ. quos in scholis his distinguunt particulis à quo,qui,& reliquus. In collocatione autem numerorũ primum superioremq; locum occupat numerus,à quo fieri debet subtractio, ut 8 9 2 4. postea ei perpendiculariter iuxta præcepta collocationis in additione tradita.is qui subtrahitur est subscribendus:ut

8	9	2	4	,à quo
2	8	6	5	qui

Tandem hi per lineam transuersam à tertio

qui

qui reliquus appellatur, sunt distinguendi.

Facta eiusmodi numerorum dispositione, accedendum ad operationem: & à primis seu dextris, ut in additione methodo συγατικῇ inciπendum. ut

8	9	2	4	1
2	8	6	5	1
6	0	5	9	0

Aufer nunc 1 ab 1, quo facto nihil remanet. propterea o subscribēda primo ordini, postea pergendum ad ordinem secundum, cum uero 5 maior numerus à 4 auferri nequeat: peto 1, ab ordine sequenti quæ 10 denotat ob loci ualorē. ergo 5 ablata à 14 remanēt 9. quæ directè secundo ordini subscribo. & quia 1 acceperam ab ordine sequenti. restituo eum & adjcio ordinis inferioris notæ, & pronuncio 7 ablata ex 12 iuxta præceptum nunc traditum cum inferior nota à superiore auferri nequeat: remanent 5. quæ & huic ordini perpendiculariter subscribo restituta 1 insequenti ordini, ac dico 9 ablata à 9 nihil remanet: scribo itaque o. postremo 2 ab 8, relinquuntur 6. Hæc est subtractionis simplex & expedita ratio.

Δοκιμασία additionis & subtractionis.

Si opus sit examine numerorum, an rite & secundum præcepta sint additi, uel

subtra-

ſubtracti: tum in additionis examine ſubtrahendo id fit: & in ſubductione addēdo, ut examen additionis.

	1 6 6 3 2		8 9 7 8
Subtrahe	7 6 5 4		7 6 5 4
			1 6 6 3 2
Relinquitur	8 9 7 8		
Examen ſubtractionis			4 5 6 7
	4 1 1 4		4 5 3
Adde	4 5 3		4 1 1 4
	4 5 6 7		

Πολλαπλασιασμός, Multiplicatio.

Ἀριθμὸς ἀριθμὸν πολλαπλασιάζειν λέγεται: ὅταν ὅσαι εἰσὶν ἐν αὐτῷ μονάδες: τοσαυτάκις συντεθῇ ὁ πολλαπλασιαζόμενος, καὶ γένηταί τις.

Numerus numerum multiplicare dicitur: quādo quot in eo fuerint unitates: toties componitur numerus multiplicandus, & producitur alius numerus.

Ἄλλως Barlaam.

Ἀριθμὸν ἀριθμὸν πολλαπλασιάζειν λέγω: ὅταν ὅσαι εἰσὶν ἐν τῷ πολλαπλασιάζοντι μονάδες: τοσαυτάκις συντεθεὶς ὁ πολλαπλασιαζόμενος ποιήσει τινα. οὗ καὶ μετρεῖ, κατὰ τὰς ἐν τῷ πολλαπλασιάζοντι μονάδας.

Nume-

Numerum multiplicare alium numerũ dicito: quando quot unitates fuerint in numero multiplicante: toties componitur numerus multiplicandus: quem etiam metitur iuxta unitates quæ sunt in numero multiplicante.

Ex his definitionibus patet: multiplicationem nihil esse aliud, quam multiplicem compositionem: in qua quatuor sunt numeri. unus qui dicitur ὁ πολλαπλασιάζων multiplicans: alter ὁ πολλαπλασιαζόμενος multiplicandus, tertius ὁ γενόμενος factus seu productus ex eiusmodi compositione seu multiplicatione. quartus unitas ipsa, ut 4. 5. 20. 1.

Ἐὰν δύο ἀριθμοὶ &c. propos. 16. septimi.

Ἐὰν δύο ἀριθμοὶ &c. propos. 17. septimi.

Ἐὰν δύο ἀριθμοὶ &c. propos. 18. septimi.

In his tribus propositionibus Euclides docet proprietates numerorum in multiplicatione, ut 2 multiplicans 4 producit 8. & uicissim 4 multiplicans 2. producit eundem numerũ. Item 3 multiplicans 4 producit 12. idem 3 multiplicans 5 producit 15. ut igitur se habet 3 ad 4. sic se habet 12 ad 15.

Denique duo numeri 4 & 5, multiplicant 3, fient duo numeri 12 & 15. Vt igitur se habet 4 ad 5, sic se habet 12 ad 15.

Hic inprimis addiscere memoriæque man

dare debent adolescentes, simplicium numerorum multiplicationem, quam in Mensa, ut uocant, Pythagorica præ oculis habent, aut in tabula illa multiplicationis uulgari, quam nostri appellant Das ein mal eins. quo expeditiores sint, in illa artificiosa multiplicationis ratione. Quantum igitur ad præcepta: primū requiritur concinna numerorum collocatio. numerus enim multiplicandus scribitur loco superiore: cui postea suis notis rite dispositis, ut supra præceptum est, subscribitur numerus multiplicans, prima sub prima, secunda sub secunda, &c Tandem subducitur linea quę hos duos numeros seiungit ab ijs qui ex multiplicatione fiunt: ut multiplicandus est numerus 2 4 6 9. per numerum multiplicantē 2 4. Sic itaque dispono.

2	4	6	9
		2	4

Quo facto accipio primam numeri multiplicantis notam: eamque duco seu multiplico in omnes notas numeri multiplicādi, ut 4 duco in 9 fiunt 36. Hic obseruandum est quod si numerus duabus notis scibendus, producatur: tum simplex seu prima nota subscribitur lineæ iam ductæ, & loco correspondente, ut

hic

hic 6 sub 4 & 9: hoc est, primo loco subscribo: sequentem memoriæ mando aut reseruo, ut postea sequenti ordini in multiplicando adijciam. Pergo nunc & duco eandem notam 4 numeri in sequentem numeri multiplicādi notam, nempe 6. & dico 4 6 sunt 24. his adde 3. quæ antea reseruaram, fiunt 27. Iterum repetitur præcedens præceptum quod obseruandum diximus. nam 7 subscribo, reseruo 2. Iam eundem numerum, duco in notā tertiam numeri multiplicandi 4 4 sunt 16, huic adde 2. fiunt 18. subscribo loco tertio 8 & 1. retineo. tandem 4 notam duco in postremam quæ est 2 4 sunt 8. adijcio 1. fiunt 9, subscribo loco quarto. Hoc modo constabit prima operatio.

	2	4	6	9
			2	4
	9	8	7	6
4	9	3	8	

Delētā aut cācellata hac primā nota multiplicantis numeri: accedendum est ad secundam: & ijsdem obseruatis, eademque uia secunda ducitur in omnes notas numeri multiplicandi: hoc unico non neglecto, ut numeri producti prima nota directè semper subscribatur notæ multiplicanti.

eam enim perpetuo respicere debẽt. reliquæ si quæ sunt uersus sinistram rite sequantur. ut

2	4	6	9
		2	4
9	8	7	6
4 9	3	8	

His omnibus rite peractis, quia per singulas notas facta est multiplicatio : & nondum constat de toto numero producto: alia subducitur his numeris productis linea: & iuxta prgcepta additionis numeri producti inter se componuntur: ut totus cõspiciatur numerus productus, qui γενόμενος dicitur: hoc modo.

	2	4	6	9	πολλαπλασιαζόμενος.
			2	4	πολλαπλασιάζων.
	9	8	7	6	Numeri ex singularũ notarũ multiplicatione producti.
4	9	3	8		
5	9	2	5	6	Productus καὶ γενόμενος.

Atque hæc simplex illa ratio multiplicationis à nobis proposita sufficiat: cætera si quæ sunt præcepta ex aliĳs consulo esse petenda.

Παρα-

παραβολή, καὶ μέτρησις. Diuisio.
Ἐὰν μονὰς &c. Propos. 15. septimi.
Si unitas, &c.

Hæc propositio non tantum demonstrat diuisionis, sed & multiplicationis formam: nam inter se cognatæ sunt: sicuti & in ipsa apparebit δοκιμασία, seu in examine. In diuisione igitur, ut in multiplicatione requirūtur numeri quatuor. unitas, numerus diuidēdus, numerus diuisor, & quotiens uel quotus, uel diuisorius, aut partitionis numerus. ut 12 diuidēdus est per 4 diuisorem, erit 3 quotiens. Sicuti se habet 1. ad 3. ita se habet 4 ad 12. Est itaque diuisio nihil aliud quam propositis duobus numeris, inquirere tertium qui toties in se habeat unitatem, quoties maior continet minorē. ut 4 & 12 sunt numeri propositi. quæro nunc tertium qui tot in se unitates habeat, quoties numerus maior 12, continet 4 minorem, & inuenio 3. Quantum uero ad pręcepta diuisionis, ea consistūt in quatuor potissimum rebus. primū in collocatione, seu dispositione numerorum artificiosa, deinde in inquisitione seu quæstione. tertio in multiplicatione. quarto subtractione. Collocationis ratio talis esse debet, ne numeri confundantur, sed ordinata fiat numerorum dispositio. Semper igitur numerus maior

qui & diuidendus loco ponitur superiore. ut 8 4 5 6. huic postea subscribitur diuisor, nõ eo modo quo in superioribus tribus formis calculandi. quia fit ἀνάλυσις. sed ultima sub ultima, si fieri potest, et penultima sub penultima, atq; sic deinceps si plures fuerint. ut,

8	4	5	6
		2	4

Quo facto, subducitur linea, & ad dexterã semicirculus notatur: in quem solemus tertiũ numerum, quem quotientem nominãt, inscribere. Post factam numerorum collocationẽ: quæritur quoties diuisor sit in diuidendo numero, idque singillatim. quæro enim 2. in 8. quoties? inuenio quidem contineri 4: sed est habenda ratio notæ diuisoris sequentis: utrũ & ipsa toties in numero supra se posito contineatur. uel an numerus productus, possit subtrahi à numero diuidẽdo supra se posito. quod si contingat productum numerum esse maiorem: accipiendus est qui sit unitate minor, & in semicirculum includendus est. ut 2, etsi in 8 contineantur 4: tamen 3. accipio propter notam sequentem. Sic

8	4	5	6	
2	4			(3.
7	2			

Multiplico 3 quotientem, in numerum, diuiso-

uiſorem 24. producitur 72. ſubſcribo hunc numero diuidēdo directè ſub notis diuiſoris. tandem ſubtraho 72 ab 84 remanent 12. atq; hęc eſt formula operationis in diuiſione: quæ toties erit repetenda, & reiteranda: donec peruentum fuerit eò: ut prima nota diuiſoris, ſit ſub prima diuidendi. ut in hoc exemplo, diuiſorem promoueo uerſus dextram, & quæro 2 in 12 quoties: inuenio quod quidem 6 contineatur. ſed tantum 5 accipio: ſcribo 5 ad notam priorem quotientis in ſemicirculo poſitam: poſtea multiplico per 5 ipſum diuiſorem 24. ut,

```
1 2
8 4 5 6
2 4 4       (35
-------------
7 2 0
1 2
```

Tandem promoto diuiſore, ut prima eius nota: ſit ſub prima diuidendi. & quæſtione facta ſuperiora præcepta repetuntur, atque peracta erit operatio.

```
          1 2   8
Numerus   8 4 5 6  diuidendus
Numerus   2 4 4 4  Diuiſor.
-----------------------------
          7 2 0 8
          1 2 2 Numerus(352 Quo-
            2 4           (tiens.
```

Δοκιμασία facilis est in multiplicatione & diuisione. Nam si uolueris operationem multiplicationis examinare: tum diuide numerum productum, per alterutrum numerum multiplicantem, uel multiplicandum, & in quotiente proueniet alter ex his. Si uerò placet probare operationem diuisionis: multiplica quotientem, & diuisorem inter se. & si quid remanserit, producto adde: proueniet numerus diuidendus: si recte operationem instituisti.

Regula trium numerorum proportionalium.

Ἐὰν τέσσαρες ἀριθμοὶ &c. Propos. 19. lib. 7.
Si quatuor &c.

Ex hac propositione demanat regula quã ob multiplicem usum auream Logistici appellant: ex qua etiam fluunt omnes reliquę quæ traduntur regulæ. ut Societatis, Alligationis, Lucri & damni, &c. Operatio huius regulæ, ut fere omnium præceptorum logisticorum, consistit in apta numerorum collocatione, & ipso operandi modo. Collocatio talis esse debet. cum nobis semper tres offerantur numeri cogniti; quorum duo eiusdem rei significationem habent; tertius uero alterius rei. Idcirco is numerus qui sibi annexam habet quæ-

stionem:

ſtionem, collocatur loco tertio: alter uero qui re & nomine ei conuenit, loco primo: tertius, loco medio. ut 2 ulnæ 6 flo. 24 ulnæ. Facta numerorum diſpoſitione, multiplicatur ſecundus in tertium, & productũ diuiditur per primum, ut,

2 ulnæ	6 flo.	24 ulnæ	72. flo.
	24		
	6	144	
		22	(72
	144	144	

Examen cõſtat in eo quod tradit propoſitio iam memorata. multiplico primũ in quartum, & ſi productũ, fuerit æquale producto, quod fit ex multiplicatione ſecundi in tertiũ: tum bene abs te facta eſt ſupputatio.

Atque hæc ſint ſatis de ſimpliciſſimis atq; primis præceptis Logiſticæ doctrinæ: reliqua enim uel quotidianus oſtendet uſus: uel aliorum logiſticorum docebunt præcepta.

FINIS LOGISTICAE.

ELEMENTA
Astronomica.

ΤΟΥ κόσμου πολλαχῶς λεγομένου· ὁ νῦν ἡμῖν λόγος ἐνεστηκὼς, περὶ τοῦ κατὰ τὴν διακόσμησιν ἐστίν· ὃν ὁρίζονται οὕτω. Κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτῳ φύσεων. αὐτὸς δὲ ὁ κόσμος σῶμα ὤν· ἔχει τὶ καὶ ἄνω, καὶ κάτω, καὶ τὰς λοίπας σχέσεις ἀναγκαίως. ἐμπρόσθια μὲν οὖν τὰ πρὸς τῇ δύσει φάσιν αὐτοῦ εἶναι· ὡς ἐπὶ δύσιν ἔχει τὴν ὁρμήν· ὀπίσθια δὲ τὰ πρὸς τῇ ἀνατολῇ. ἀπὸ τούτων γὰρ ἐπὶ τὰ πρόσθεν πρόεισιν. ὅθεν δεξιὰ μὲν αὐτοῦ τὰ πρὸς ἄρκτον· εὐώνυμα δὲ τὰ πρὸς μεσημβρίαν γενήσεται. Πάντες γὰρ σαφῶς ὁρῶμεν ἐν ᾧ ἂν κλίματι ὦμεν τῆς γῆς· ὑπερκείμενον τῆς κορυφῆς ἡμῶν τὸν οὐρανὸν, ὅστις κύκλῳ εἰλούμενος ὑπὲρ τὸν ἀέρα, καὶ τὴν γῆν· καὶ ταύτην τὴν κίνησιν προνοητικὴν οὖσαν· ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ διαμονῇ τῶν ὅλων ποιούμενος ἀναγκαίως, καὶ πάντα τὰ ἐμπεριεχόμενα αὐτῷ τῶν ἄστρων περιάγει. τούτων τοίνυν τὰ μὲν ἁπλουστάτην ἔχει τὴν κίνησιν, ὑπὸ τοῦ κόσμου στρεφόμενα· καὶ διὰ παντὸς σὺν αὐτοῖς τόπους τοῦ οὐ-

ρανῷ

ρανῷ κατέχοντα: τὰ δὲ κινεῖται μὲν καὶ τὴν σὺν τῷ κόσμῳ κίνησιν ἀναγκαίως: περιαγόμενά γε ὑπ' αὐτοῦ διὰ τὴν ἐμπεριοχήν: κινεῖται δὲ καὶ ἑτέραν προαιρετικὴν καθ' ἣν καὶ ἄλλοτε, ἄλλα μέρη τοῦ οὐρανοῦ καταλαμβάνει αὐτῇ γὰρ ἡ κίνησις αὐτῶν σχολαιοτέρα μὲν τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως: δοκεῖ δὲ καὶ τὴν ἐναντίαν κινεῖσθαι τῷ οὐρανῷ; ὡς ἀπὸ τῆς δύσεως εἰς τὴν ἀνατολὴν φερόμενα. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα αὐτῶν καλεῖται ἀπλανῆ: ταῦτα δὲ πλανώμενα: ἐπειδὴ ἄλλοτε ἐν ἄλλοις μέρεσι τοῦ κόσμου φαντάζεται. Τὰ μὲν οὖν ἀπλανῆ ἀπεικασείεν αὐτις ἐπιβάταις, ὑπὸ νεὼς φερομένοις, ἐν τόποις οἰκείοις, κατὰ χώραν μένουσι: τὰ δὲ πλανώμενα τὴν ἐναντίαν τῇ νηῒ φερομένοις, ὡς ἐπὶ τὴν πρύμναν ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν πρῶραν τόπων: ταύτης τῆς κινήσεως σχολαιοτέρας γινομένης. εἰκασθείη δ' αὖ καὶ μύρμηξιν ἐπὶ κεράμιας τρόχου τὴν ἐναντίαν τῷ τρόχῳ προαιρετικῆς ἕρπουσι. Τὸ μὲν οὖν τῶν ἀπλανῶν πλῆθος ἀπερίληπτον ἐστί: τὰ δὲ πλανώμενα, ἄδηλον μὲν εἰ καὶ πλείω ἐστίν. ἑπτὰ δὲ ὑπὸ τὴν ἡμετέραν γνῶσιν ἐλήλυθεν: ὧν ὑψηλότατος μὲν

μὲν εἶναι δοκεῖ, ὁ φαίνων καλούμενος, ὁ τοῦ κρόνου ἀστὴρ· τριακονταετεῖ χρόνῳ τὸν οἰκεῖον κύκλον ἀπαρτίζων, κατὰ τὴν προαιρετικὴν τῶν κινήσεων. ὑπὸ τοῦτον ἐστὶν ὁ τοῦ διὸς, ὃς καλεῖται φαέθων· δωδεκαετία τὸν οἰκεῖον ἀμείβων κύκλον. ὑπὸ τοῦτον πυρόεις ὁ τοῦ ἄρεως, ἀτακτοτέραν μὲν τὴν κίνησιν ἔχων· δοκεῖ δ' οὖν ἕβδομος ἐνιαυτῷ περιερχόμενος τὸν οἰκεῖον κύκλον. ὑπὸ τοῦτον, ὁ ἥλιος εἶναι ὑπονοεῖται, μέσος ὑπάρχων τῶν ἄλλων· οὗτος ἐνιαυτῷ περιερχόμενος τὸν οἰκεῖον κύκλον, κατὰ ταύτην μὲν τὴν κίνησιν τὰς ὥρας ἀπαρτίζει· κατὰ δὲ τὴν τῷ κόσμῳ, τὰς ἡμέρας ἐπιτελεῖ. ὑπὸ τοῦτον, ὁ τῆς ἀφροδίτης ἐστὶ, καὶ ἐνιαυτίαν τὴν περίοδον ἔχων. καλεῖται δὲ ὁπόταν ἐπικατάδυνται τῷ ἡλίῳ ἑσπέριος· ὁπόταν δὲ προανίσχῃ αὐτοῦ, ἑωσφόρος· τίνες δὲ τοιοῦτον καὶ φωσφόρον καλεῖν εἰώθασιν. ὑπὸ δὲ τὴν ἀφροδίτην ἐστὶν ὁ τοῦ ἑρμοῦ, στίλβων καλούμενος, καὶ τοῦτον ἐνιαυτῷ περιϊέναι τὸν ἴδιον κύκλον φασίν. ὑπὸ τοῦτον ἐστὶν ἡ σελήνη προσγειοτάτη, πάντων τῶν ἄστρων ὑπάρχουσα. κατὰ τὴν συναφὴν γὰρ τοῦ ἀέρος πρὸς τὸν αἰθέρα εἶναι λέγεται· ὅταν

καὶ ζοφῶδες. αὐτῆς τὸ οἰκεῖον ὁρᾶται σῶμα. τὸ δὲ λαμπρηνόμενον αὐτῆς, ἀπὸ ἡλίου ἔχει τὴν χαμπηδόνα, ἀοίζου πρὸς αὐτὸν τετραμμένου αὐτῆς ἡμισφαιρίου καταλαμπομένου. αὕτη τὸν ἴδιον ἀπαρτίζει κύκλον, ἐννέα καὶ εἴκοσιν ἡμέραις, καὶ ἡμίσιν. συνοδεύει δὲ τῷ ἡλίῳ διὰ τριάκοντα. Οὗτοι δὲ πάντες τὴν ἐναντίαν τῷ οὐρανῷ κινούμενοι, καὶ ἄλλοτε ἐν ἄλλοις ὁρώμενοι: οὔτε ἄτακτον τὴν πορείαν ποιοῦνται: οὔτε δι' ὧν ἐπέτυχε τοῦ κόσμου μερῶν ἴασιν: ἀλλὰ διὰ τοῦ καλουμένου ζωδιακοῦ κινοῦνται.

Elementa Aſtronomica. *Cap. I.*

CVm mundi appellatio ſit multiplex: in præſenti doctrina, dicemus de huius mundanæ machinæ ornatu quē ſic definiunt. Mundus eſt compages facta ex cœlo & terra, & ijs quæ cœlo terraq; cōprehenduntur. Cum itaque mundus ſit corpus: neceſſario, habebit ſupra & infra, cęteraſque affectiones, ſeu habitudines: idcirco anteriora dicuntur quæ occidētalia ſunt: quia ab ortu in occaſum fit motus. poſteriora uero quę ſunt orien-

talia. quoniam ab his ad anteriora progreditur. Vnde septentrionalia sunt ad dextrã: meridionalia ad sinistram. Oculis uerò nostris omnes uidemus, ubicunque simus locorum: cœlum supra uerticem nostrũ esse: quod quidem circulariter supra aërem terramq; à prouidentia comparato mouetur motu quidem ad salutem & incolumitatem uniuersarum rerum: qui etiam motus, necessario omnia quæ continet cœlum astra circumuertit. Verum illa de quibus loquimur, astra: quædam simplicissimum habent motũ: & primo mundi motu circumuersant: & perpetuo eundem in cœlo locum occupant. quædam uero eodem quidem motu primi mobilis necessario cum mundo circumaguntur: propterea quod mundo contineantur: sed & alium proprium motum habent delectũ: secundum quem nũc has, nunc illas cœli partes occupant: qui etiam motus tardior est motu primi mobilis, seu mundi: & ut uidetur hic contrarius est primo motui mũdi, quo astra uertuntur ab occasu in ortũ. Priora itaq; sydera nominantur fixa, aut stellæ fixæ, aut astra inerrantia fixa: hæc uero planetæ, seu stellæ erraticæ, & stellæ erranteis, quia in alijs atq; alijs locis cœli cõspiciuntur. stellas autem fixas multitudine quadam facta

com-

cõparare aliquis posset ἐπιβάταις qui naui uehuntur, & in suis proprijs locis cõsistunt atq; permanent. Planetas uero ijs qui ferũtur contrario motu, quam nauis utpote à prora eundo uersus puppim: ita ut hic motus fiat tardior: uel etiam similes faceret formicis in trocho seu rota figulari contrario atque delecto motu reptantibus. Numerus autẽ stellarũ fixarum est infinitus: & multitudo earum numerari nõ potest. an uero planetæ plures sint incertũ est: septem tamẽ sunt, qui in nostram peruenerũt notitiam, quorũ supremus & firmamẽto proximus est Phænon, seu Saturni stella, trigesimo anno proprium circulũ delecto motu absoluens. Sub hoc est Iouis stella quę Phaethon dicitur: duodecim annis suum proprium circulum circuiens. hunc subsequitur Pyroeis, seu Martis stella: habens motum incertiorem, uidetur tamen duobus annis & quinque mensibus suum conficere ambitum. Postea est Sol, quem imaginamur mediũ tenere inter Planetas locum, qui suum perficit circulũ uno anno solari, quo motu distinguit horas seu tempora anni: altero uero quo rapitur motu mundi, seu primi mobilis cõficit dies. Infra Solem est Veneris stella, quę etiã circũuertitur uno anno,

nomi-

nominatur uero interdum quando post occasum solis sequitur Hesperus, cum uero antecedit Solem orientē Heosphℯrus, aut Phosphorus, uel Lucifer. Veneris stellam sequitur Mercurij, quę etiā Stilbon nominatur quem aiunt annuo spatio etiam suum perficere circulum. denique infimo loco, & nobis hominibus ex omnibus stellis, terræ proxima Lunæ figura existit. quæ in æthere ad aëris contactum esse dicitur. unde etiam eius proprium corpus conspicitur opacum: idcirco quod luminosum est in Luna à Sole lucem accipit: qui Sol illustrat hymisphærā Lunæ ad se conuersam. Hæc uero Luna proprium circulū absoluit in diebus uiginti septem & dimidio. Verum in diebus triginta cum sole congreditur. Atque hi planetę contrario motu cœli mouentur, & in alijs atque alijs locis conspiciuntur, quamuis nō faciant iter inordinatum: neque temere ut fors obtulit, uagātur per partes cœli: sed per circulū illum quem Zodiacum, uel signiferum appellant.

ΠΕΡΙ ΣΦΑΙΡΑΣ ΑΞΩΝΟΣ, ΠΟΛΩΝ καὶ κύκλων τῆς σφαίρας. Κεφ. β.

Σφαῖρα ἐστὶ σῶμα στερεὸν, ὑπὸ μιᾶς ἐπιφανείας περιεχόμενον, πρὸς ἣν ἀφ᾽ ἑνὸς

νὸς σημείου· τῶν ἐντὸς τοῦ σχήματος κειμένων, πᾶσαι αἱ προσπίπτουσαι εὐθεῖαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσὶν. κέντρον δὲ τῆς σφαίρας, τὸ τοιοῦτο σημεῖον ἐστὶν. Αξων δὲ τῆς σφαίρας ἐστὶν, εὐθεῖα τὶς διὰ τοῦ κέντρου ἠγμένη, καὶ περατουμένη ἐφ᾽ ἑκάτερα τὰ μέρη ὑπὸ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας καὶ τὴν μένουσαν εὐθεῖαν, περὶ ἣν ἡ σφαῖρα στρέφεται. Πόλοι δὲ τῆς σφαίρας, εἰσὶ τὰ πέρατα τοῦ ἄξονος, δηλαδὴ τῆς διαμέτρου, τῶν δὲ πόλων, ὁ μὲν λέγεται βόρειος, ὁ δὲ νότιος. βόρειος μὲν, ὁ διὰ παντὸς φαινόμενος, ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν οἴκησιν. νότιος δὲ, ὁ διὰ παντὸς ἀόρατος, ὡς πρὸς τὸν ἡμέτερον ὁρίζοντα. Κύκλου πόλος ἐν σφαίρα, ἐστὶ σημεῖον ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας, ἀφ᾽ οὗ πᾶσαι προσπίπτουσαι εὐθεῖαι πρὸς τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν ἴσαι ἀλλήλαις εἰσὶν.

Τῶν δὲ ἐν τῇ σφαίρᾳ κύκλων, οἱ μὲν διὰ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας μέγιστοι εἰσί· τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν ἴσον ἀπέχοντες ἑκατέρωθεν τοῦ κέντρου ἴσοι εἴσιν. οἱ δὲ μεῖζον ἐλάσσονες.

Εν σφαίρᾳ. οἱ δίχα τέμνοντες ἀλλήλους κύκλοι, μέγιστοι εἰσὶν. οἱ μέγιστοι ἐν σφαίρᾳ κύ-

κλοι· δίχα τέμνουσιν ἀλλήλους.

Αλλως.

Μέγιστοι ἐν τῇ σφαίρᾳ κύκλοι λέγονται· οἱ τὸ αὐτὸ κέντρον, ἔχοντες τῇ σφαίρᾳ.

Αλλως.

Τῶν δὲ ἐν τῇ σφαίρᾳ κύκλων· οἱ μὲν εἰσὶ παράλληλοι, οἱ δὲ λοξοὶ, οἱ δὲ διὰ τῶν πόλων. Οἱ περὶ τοὺς αὐτοὺς πόλους ὄντες ἐν σφαίρᾳ κύκλοι, παράλληλοι εἰσὶν, καὶ οἱ παράλληλοι κύκλοι περὶ τοὺς αὐτοὺς πόλους εἰσίν.

Αλλως.

Παράλληλοι κύκλοι εἰσὶν οἱ τοὺς αὐτοὺς πόλους ἔχοντες τῷ κοσμῷ. εἰσὶ δὲ παράλληλοι κύκλοι πέντε. ἀρκτικὸς, θερινὸς τροπικὸς, ἰσημερινὸς, χειμερινὸς τροπικὸς, ἀνταρκτικὸς, ἀρκτικὸς, καὶ ἀνταρκτικὸς κατὰ τὰς τῶν κλιμάτων διαφορὰς ἄλλοι παρ᾽ ἄλλοις εἰσί· μείζονες καὶ ἐλάσσονες γινόμενοι καὶ πλέον ἀφανιζόμενοι. ἄλλως. ἀρκτικὸς κύκλος ἐστὶ ὁ ἐν τῇ τῆς σφαίρας ἐπιφανείᾳ· ἐκ τοῦ πόλου ἀρκτικοῦ γραφόμενος κύκλος· κατὰ τὴν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου λοξότητα. θερινος δὲ τροπικὸς κύκλος ἐστὶν, ὁ βορειότατος τῶν ὑπὸ τοῦ ἡλίου γραφομένων κύκλων· ἐφ᾽ οὗ γινόμενος ὁ ἥλιος

ἥλιος· τὴν θερινὴν τροπὴν ποιεῖται· ἐν ᾗ ἡ μεγίστη μὲν πασῶν τῶν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἡμέρα, ἐλαχίστη δὲ ἡ νὺξ γίνεται. μέτα μέντοι τὴν θερινὴν τροπὴν, οὐκέτι πρὸς τὰς ἄρκτους παροδεύων ὁ ἥλιος θεωρεῖται· ἀλλ' ἐπὶ θάτερα μέρη τρέπεται τοῦ κόσμου, διὸ κέκλειται τροπικός.

Ἰσημερινὸς δὲ κύκλος ἐστὶν, ὁ μέγιστος τῶν πέντε παραλλήλων κύκλων, ὁ διχοτομούμενος ὑπὸ τοῦ ὁρίζοντος, ὥστε ἡμικύκλιον μὲν ὑπὲρ γῆν ἀπολαμβάνεσθαι, ἡμικύκλιον δὲ ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα· ἐφ' οὗ γενόμενος ὁ ἥλιος τὰς ἰσημερίας ποιεῖται, τὴν δὲ ἐαρινὴν, καὶ τὴν φθινοπωρινὴν. χειμερινὸς δὲ τροπικὸς κύκλος ἐστὶν ὁ νοτιώτατος τῶν ὑπὸ τοῦ ἡλίου γραφομένων κύκλων, κατὰ τὴν ὑπὸ τοῦ κόσμου γινομένην περιστροφὴν. ἐφ' οὗ γενόμενος ὁ ἥλιος τὴν χειμερινὴν τροπὴν ποιεῖται· ἐν ᾗ ἡ μεγίστη μὲν πασῶν τῶν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ νὺξ ἐπιτελεῖται, ἐλαχίστη δὲ ἡμέρα. μετὰ μέντοι τὴν χειμερινὴν τροπὴν, οὐκέτι πρὸς μεσημβρίαν παροδεύων ὁ ἥλιος θεωρεῖται, ἀλλ' ἐπὶ θάτερα μέρη τρέπεται τοῦ κόσμου· διὸ κέκλιται καὶ οὗτος τροπικός. Ανταρκτικὸς δὲ κύκλος ἐστὶν ἴσος καὶ

παράλληλος τῷ ἀρκτικῷ. λοξὸς δέ ἐστι κύκλος ὁ τῶν ιβ΄ ζῳδίων. αὐτὸς δὲ ἐκ τριῶν κύκλων παραλλήλων συνέστηκεν, ὧν ὁ μὲν τὸ πλάτος ἀφορίζειν λέγεται τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου. ὁ δὲ διὰ μέσων τῶν ζῳδίων καλεῖται. οὗτος δ' ἐφάπτεται δύο κύκλων ἴσων καὶ παραλλήλων τοῦ μὲν θερινοῦ τροπικοῦ, κατὰ τὴν πρώτην μοῖραν τοῦ καρκίνου τοῦ δὲ χειμερινοῦ τροπικοῦ κατὰ τὴν τοῦ αἰγοκερώτος πρώτην μοῖραν. τὸ δὲ πλάτος τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου ἐστὶ μοῖραι ιβ. λοξὸς δὲ κέκληται ὁ ζῳδιακὸς κύκλος, διὰ τὸ τέμνειν τοὺς παραλλήλους κύκλους.

Ἐστι δὲ καὶ ὁ τοῦ γάλακτος κύκλος λοξός, οὗτος μέντοι μείζονι πλάτει λελόξωται τοῦ τροπικοῦ κύκλου: συνέστηκε δὲ ἐκ βραχυμερίας νεφελοειδοῦς: καὶ ἐστὶν ἐν τῷ κόσμῳ μόνος θεωρητὸς, οἱ δὲ λοιποὶ λόγῳ εἰσὶ θεωρητοὶ, ἐκ τῆς τῶν ἄστρων θέσεως, καὶ διόπτρας τῆς αὐτῆς θεωρίας, καὶ τῆς ἡμετέρας ἐπινοίας διατυπούμενοι. οὐχ ὥρισται δὲ αὐτοῦ τὸ πλάτος: ἀλλὰ κατὰ μὲν τίνα μέρη πλατύτερός ἐστιν, κατὰ δὲ τίνα στενότερος, δι' ἣν αἰτίαν ἐν ταῖς πλείσταις σφαίραις οὐ καταγράφεται. ἐν ταῖς πλείσταις σφαίραις ὁ τοῦ γάλακτος κύκλος,

ἐστὶ,

ἐστὶ, καὶ οὗτος τῶν μεγίστων ἐν τῇ σφαίρᾳ κύκλων.

Διὰ δὲ τῶν πόλων κύκλοι εἰσὶν ὑπό τινων κόλουροι προσαγορευόμενοι: οἷς συμβέβηκεν ἀπὸ τῶν ἰδίων περιφερειῶν, τοὺς τοῦ κόσμου πόλους ἔχειν. κόλουροι δὲ κέκληνται, διὰ τὸ μέρη τινὰ ἀθεώρητα αὐτῶν γίνεσθαι. οἱ μὲν γὰρ λοιποὶ κύκλοι κατὰ τὴν περιστροφὴν τοῦ κόσμου, ὅλοι θεωροῦνται. τῶν δὲ κολούρων κύκλων: μέρη τινά ἐστιν ἀθεώρητα, τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνταρκτικοῦ, ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα ἀπολαμβανόμενα. γράφονται δ' οὗτοι οἱ κύκλοι διὰ τῶν τροπικῶν σημείων: καὶ εἰς μέρη Δ διαιροῦσι τὸν διὰ μέσων τῶν ζῳδίων κύκλον.

Μεσημβρινὸς δ' ἐστὶ κύκλος, ὁ διὰ τῶν τοῦ κόσμου πόλων, καὶ τοῦ κατὰ κορυφὴν σημείου γραφόμενος κύκλος. ἐφ' οὗ γενόμενος ὁ ἥλιος τὰ μέσα τῶν ἡμερῶν, καὶ τὰ μέσα τῶν νυκτῶν ποιεῖται. καὶ οὗτος δὲ ὁ κύκλος ἐστὶν ἀκίνητος ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ τὴν αὐτὴν τάξιν διαφυλάσσων ἐν ὅλῃ τῇ τοῦ κόσμου περιστροφῇ. οὐ καταγράφεται δ' οὗτος ὁ κύκλος ἐν ταῖς καταστηριζομέναις σφαίραις, διὰ τὸ ἀκίνητον εἶναι, καὶ μηδεμίαν ἐπιδέχεσθαι μετάπτωσιν, ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν αἴσθησιν σχεδὸν ἐπὶ στα

δίοις τριακοσίοις ὁ αὐτὸς μεσημβρινὸς διαμένει. πρὸς γὰρ τὴν ἐν τῷ λόγῳ ἀκρίβειαν, ἅμα τῷ τὴν παροῦσαν γίνεσθαι πάροδον, ἢ πρὸς ἀνατολὴν ἢ πρὸς δύσιν, ἕτερος γίνεται μεσημβρινός. κατὰ μὲν γὰρ πρὸς ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν πάροδον, κἂν μεταξὺ μύριοι στάδιοι ὑπάρχωσιν, αὐτὸς μένει μεσημβρινός: κατὰ δὲ τὴν ἀπ' ἀνατολῆς, πρὸς δύσιν πάροδον: διαφοραὶ μεσημβρινῶν.

Ορίζων δ' ἐστὶ κύκλος, ὁ διορίζων ἡμῖν τότε φανερὸν καὶ τὸ ἀφανὲς μέρος τοῦ κόσμου, καὶ διχοτομῶν τὴν ὅλην σφαῖραν τοῦ κόσμου, ὥστε ἡμισφαίριον μὲν ὑπὲρ γῆν ἀπολαμβάνεσθαι: ἡμισφαίριον δ' ὑπὸ τὴν γῆν. Εἰσὶ γὰρ ὁρίζοντες δύο, εἷς μὲν ὁ αἰσθητὸς: ἕτερος δὲ ὁ λόγῳ θεωρητός. αἰσθητὸς μὲν οὖν ἐστὶν ὁρίζων, ὁ ὑπὸ τῆς ἡμετέρας ὄψεως περιγραφόμενος, κατὰ τὸν ἀποπερματισμὸν τῆς ὁράσεως, ὡς οὐ μείζονα τὴν διάμετρον ἔχει σταδίων δισχιλίων. ὁ δὲ λόγῳ θεωρητὸς ὁρίζων ἐστὶν, ὁ μέχρι τῆς τῶν ἀπλανῶν ὁράσεως ἀστέρων σφαίρας διήκων: καὶ διχοτομῶν τὸν ὅλον κόσμον. οὐ κατὰ πᾶσαν γὰρ χώραν καὶ πόλιν ὁ αὐτὸς ἐστὶν ὁρίζων: ἀλλὰ πρὸς μὲν κατὰ τὴν αἴσθησιν σχεδὸν ἐπὶ σταδίοις τετρακοσίοις ὁ αὐτὸς ὁρίζων

δια-

διαμένει, ὥς τε καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν, καὶ τὸ κλίμα, καὶ πάντα τὰ φαινόμενα τὰ αὐτὰ διαμένειν. πλειόνων δὲ σαδίων γενομένων κατὰ τὴν παραλλαγὴν τῆς οἰκήσεως, ἕτερος ὁρίζων γίνεται κατὰ τὸ κλίμα διαφέρων, καὶ πάντα τὰ φαινόμενα μεταπίπτει. δεῖ μέντοι γε τὴν παραλλαγὴν τῆς οἰκήσεως τὴν ὑπὲρ τετρακοσίους σαδίους, διαλαμβάνεσθαι κατὰ τὴν πρὸς ἄρκτον μεσημβρίαν τε πάροδον. τοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου οἰκοῦσιν: ἀπὸ μυρίων σαδίων ὑπάρχουσιν, ὁ μὲν ὁρίζων διάφορος, τὸ δὲ κλίμα τὸ αὐτὸ, καὶ πάντα τὰ φαινόμενα παραπλήσια. αἱ μέντοι ἀρχαὶ καὶ τελευταὶ αἱ τῶν ἡμερῶν: οὐχ ἅμα πᾶσιν ἔσονται τοῖς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου οἰκοῦσι, κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὸν λόγον ἀκρίβειαν, ἅμα τὸ σιγμιαῖαν πάροδον γίνεσθαι κατ' ὁποιονοῦν μέρος τοῦ κόσμου, μεταπίπτει καὶ ὁ ὁρίζων, καὶ τὸ ἔγκλιμα, καὶ πάντα τὰ φαινόμενα διάφορα. οὐ καταγράφεται δὲ ὁ ὁρίζων ἐν ταῖς σφαίραις δι' αἰτίαν τοιαύτην. ὅτι οἱ μὲν λοιποὶ κύκλοι πάντες φερομένου τοῦ κόσμου, ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ τὴν δύσιν: συμπεριστρέφονται καὶ αὐτοὶ τῇ τοῦ κόσμου κινήσει. ὁ δὲ ὁρίζων ἐστὶ φύσει ἀκίνητος. τὴν

αὐτὴν τάξιν διαφυλάττων διὰ παντός. εἰ οὖν κατεγράφοντο οἱ ὁρίζοντες ἐν ταῖς σφαίραις, στρεφομένων αὐτῶν συνέβαινεν ἂν τὸν ὁρίζοντα κινεῖσθαι, καὶ κατὰ κορυφὴν ποτε γίνεσθαι. ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον, καὶ ἀλλότριον τοῦ σφαιρικοῦ λόγου. ὑπὸ μέν τοι γε τῆς σφαιρικῆς θήκης, ἡ τοῦ ὁρίζοντος θέσις κατανοεῖται.

De ſphæra, axe, polis, & circulis ſphæræ. Cap. II.

SPhæra eſt corpus ſolidum, unica ſuperficie contentum, à qua ſuperficie rectæ lineæ ab uno puncto quod intra figurã eſt ductæ ſunt inter ſe æquales. tale uero punctũ nominatur centrum ſphæræ.

Axis ſphæræ, eſt recta quædam per centrũ ſphæræ ducta: & ex utraque parte ſuperficiem ſphæræ attingens: quæ cum fixa & immobilis permaneat: circa eam tamen ſphæra uoluitur, & circumuertitur.

Poli uero ſphæræ ſunt extremitates axis, hoc eſt, diametri. quorũ alter dicitur borealis, ſeptentrionalis arcticus. alter uero Notius meridionalis, auſtralis, & antarcticus. Septen-

triona-

rionalis polus eſt is,qui perpetuo in noſtris trgionibus apparet . auſtralis uero qui in noſtra habitatione nunquam uidetur,ſed ſub horizonte latet.

Circuli in ſphæra deſcripti polus: eſt punctum in ſuperficie ſphæræ exiſtens:à quo puncto,omnes lineæ rectæ ad circuli circumferentiam ductæ:ſunt inter ſe æquales.

Circuli uero qui in ſphæra deſcribuntur,alij quidem per centrum ſphæræ ducti nominantur maximi,uel (ut receptum nunc eſt) maiores, ex alijs uero circulis quidam utrinque æqualiter à centro diſtant, & inter ſe æquales ſunt,ut duo tropici: alij uero longius à centro diſtantes,minores dicuntur,ut arcticus & antarcticus.

In ſphæra circuli qui ſeſe mutuo ſecant in duas partes æquales,ſunt maximi: & è contra circuli in ſphæra maximi:ſeſe mutuo ſecant in duas partes æquales.

Aliter.

Maximi in ſphęra circuli dicuntur:qui unũ idemque centrum habent cum ſphæra.

Aliter.

Circuli qui in ſphæra ſunt,alij ſunt æquediſtantes,ſeu paralleli,alij obliqui,alij per polos mundi ducti.

Circuli qui ex ijsdem polis describuntur: in sphęra: sunt paralleli, seu ęquedistātes. & è contra, æquedistantes circuli ex ijsdem polis sunt descripti. *Aliter.*

Paralleli seu ęquedistantes circuli sunt: qui eosdem polos habent, quos ipse mūdus. Sunt autem paralleli seu æquedistātes circuli quinque. Arcticus, Tropicus æstiuus, Aequinoctialis, Tropicus hybernus, Antarcticus.

Arcticus circulus & antarcticus alij atque alij apud diuersas gentes fiunt: nunc maiores, nunc minores, tandem omnino euanescunt.

Aliter.

Arcticus circulus est qui in superficie sphæræ ex polo mundi arctico describitur: secundū maximam declinationē solis, uel secundū obliquitatem Zodiaci circuli septentrionalem.

Tropicus ęstiuus circulus est, quem sol describit in septentrionem ascēdendo: in quo cū sol existit, facit solstitium æstiuum, aut cōuersionem ęstiuam: in qua longissimus est totius anni dies, & breuissima nox. (Hoc sæculo fit mense Iunio.) Nam Sol non ulterius in septentrionem ascendere conspicitur, sed se conuertit ad partes alias, quas appellamus meridionales: atque idcirco nominatur tropicus, seu à conuersione, conuersiuus.

Aequi

Aequinoctialis circulus est maximus ęqui distantium circulorum, quem etiā horizon in duas partes æquales secat: ita ut eius dimidia pars sit supra terram, dimidia uerò infra. in quo circulo cum sol fuerit, facit duo ęquinoctia, alterū uernale, alterū autumnale. (Hoc fit bis in anno: mense Martio, fit vernale æquinoctium, mense Septembri uero. autumnale.)

Tropicus hybernus circulus est omnium maxime meridionalis, quem sol describit motu ipsius mundi: in quo cum sol existit, facit solstitium hybernum: quo quidem tempore dies est breuissimus, & nox longissima totius anni: neque uero Sol post conuersionem hybernam ulterius uersus meridiem progredi conspicitur: sed ad alias partes mundi septentrionales se conuertit: idcirco etiam hic circulus nominatur Tropicus. (Solstitium hoc fit mense Decembri in primo gradu capr.

Antarcticus circulus æqualis & æquedistans est arctico.

Obliquus uero est is circulus qui nominatur Zodiacus, seu circulus duodecim signorū, aut signifer. hic autem circulus ex tribus constat æquedistantibus circulis. quorū duo extremi eius determināt latitudinē: medius uerò appellatur circulus per media signa. hic duos

attingit

attingit circulos æquales & æquedistantes. Tropicum quidem æstiuum, in primo gradu Cancri, tropicum uero hybernū, in primo gradu Capricorni. Latitudo uero Zodiaci est duodecim partium. Nominatur uero obliquus hic Zodiacus circulus, quia circulos æquedistantes secat.

Est & circulus lacteus obliquus, qui quidē maiori latitudine obliquatur tropico circulo. constat uero ex tenui & nebulosa substantia, & solus in cœlo oculis cernitur. Reliqui enim omnes, ratione & mente concipiuntur ex situ & dispositione astrorum, & dioptræ contemplatione, & nostræ cogitationi impressi. eius uero latitudo non est certa & definita, sed in quibusdam partibus latior, in alijs angustior est. quam etiam ob causam, circulus lacteus non describitur in sphæris plærisque. denique & hic circulus est è numero maximorum in sphæra circulorum.

Per polos mundi circuli ducti dicuntur, qui à nonnullis appellantur Coluri, quibus accidit ut polos mundi habeant in suis proprijs circumferentijs. appellantur uero Coluri, quia partes quædam horum circulorū non conspiciuntur, siquidem reliqui circuli motu & conuersione mundi, integri uidentur,

sed

ſed quædam partes colurorum circulorum non ſunt conſpicuæ, eæ ſcilicet quæ ſub horizonte, uerſus antarcticum circulum abſconduntur. Deſcribuntur autem hi circuli per puncta ſolſtitialia, & in partes quatuor diuidunt circulum per media ſigna.

Meridianus circulus eſt qui per polos mundi, & punctũ uerticale, ſeu uerticem deſcribitur, ad quem cum ſol peruenit, medium dierũ & medium noctium efficit. atque hic circulus immobilis in mundo eſt, & eundem ſitum occupat in tota mundi cõuerſione. Verũ hic circulus in ſphæris ſtellis inſignitis non deſcribitur, quia immobilis eſt, & nullam recipit uariationem, ſed quo ad ſenſum ad ſtadia trecenta idem manet meridianus: ſed ſi exactius, & ratione ipſa ad amuſſim uelimus inquirere: tũ è ueſtigio facta progreſſione, uel in ortum, uel in occaſum mutatur, & ſit alius meridianus. Profectione enim inſtituta, uel in ſeptentrionem, uel meridiem, etiamſi ultra decem millia ſtadiorum conficiuntur, idem manet meridianus, ſed ab ortu in occaſum proficiſcendo diuerſi obſeruantur meridiani.

Horizon talis circulus eſt qui manifeſtã cœli partem, ab occulta diſtinguit, & totam mundi ſphęram diuidit in duas partes æquales, ita ut

ut dimidia sphæræ pars sit supra terrã: & dimidia pars infra terram. Sunt uerò duo horizontes, unus quẽ sensilem nominant, alter uero ratione & mente perceptus, quem rationalem quidam appellant. Sensilis horizon est, quem uisus noster in termino uisionis circumscribit, qui diametrum maiorem non habet quam ad duo millia stadiorum. Rationalis horizon uero est qui ad sphæram stellarum fixarum se extendit, & diuidit totum mundum in duas partes ęquales. Verum non in quauis regione uel etiã urbe, idẽ est Horizon: sed quò ad sensum, ferè ad stadia quadringenta permanet idem horizon: unde etiam longitudines dierum, & clima ipsum, denique omnes apparentiæ eædem permanẽt. quod si uero numerus stadiorum augeatur, facta mutatione habitationis, alius fit horizon differens secundum clima, postremo omnes apparentiæ mutãtur. Hæc autẽ ultra quadringẽta stadia mutatio et profectio cõsideranda & facienda est in septentrionẽ & meridiem. quia omnes quicunque sub eodem parallelo habitant, etiam si decem millibus stadijs, hoc est infinito stadiorum numero ultra se distent: horizon quidem erit mutatus, sed clima non mutabitur: neque etiam diuersæ fiunt apparentiæ. Veruntamen dierum initia

& fines ijs qui ſub eodem habitant parallelo non erunt eodem temporis momento. quod ſi uero quis ad amuſſim & ipſo rationis examine ſcrutari uelit: quouis momēto in quamcunque partem mundi, mutabitur horizontis ſitus & clima, & omnes apparentiæ uariabuntur.

